Dilissimus ergo deus vertens ad causa oculos sue misericordie compelli se permittens ab humilibus lachrimis eius et humano modo loquendi: sancti desiderij sui funibus alligari respondendo conquerebatur et ait dulcissima filia mea lachrime tue me compellunt ex eo quia excellentissime caritati mee sunt unite et amore mei sunt effuse: necnon et anxia desideria tua me ligant. Sed aspice per amabilem sponsam meam in facie coinquinatam et immundam veluti leprosam ex amore proprio: atque tumefactam ex avaritia pariter et superbia illorum quos ubera sua lactant qui sunt universale corpus christiane religionis. Ac etiam corpus ecclesie mee misticum: precipue loquor de ministris ipsius ecclesie qui suggentes eius ubera suo dulcissimo lacte nutriuntur. Nec ipsi solummodo pascuntur et aluntur ab ea: verum ad huiusmodi mamillas eius: tenere debent et ex his alere corpus universale christiane religionis ac etiam infideles qui tenebris infidelitatis in veritate derelictis vellent ubi utile membrum ligare se corpori mistico ecclesie sancte. Considera cum quanta ingratitudine tenebrosa et ignorantia dampnabili manibus immundis lac huiusmodi dulcissimum ipsius electe sponse mee pariter et unigeniti mei sanguis ministratur ab eis: et cum quanta presumptione et irreverentia recipitur ab alijs. unde illud quod in se veraciter est vita et vitam digne sumentibus exhibet: ipsis qui ministrant indigne et indigne: sumentibus in inditium est atque mortem. Preciosus iste sanguis filij mei unigeniti: mortem atque tenebrosum mendatium abstulit et confudit donando lucem et veritatem. Omnia circa salutem et perfectionem hominis necessaria preciosus iste sanguis operatus est dummamen indispositio recipientis non impediat. Quia sicut vitam exhibet et animam omni gratia docat et ornat modicum vel habundanter iuxta dispositionem et affectum illius qui recipit ita mortem infert illi qui vivit iniquae. Non ex defectu sanguinis nec ex defectu ministri si forsitan esset in eodem peccato sive maiori sed ex defectu proprio. Quia nullus minister

defectus contaminare potest nec inquinare siue minuere gratiaz et virtutem ipsius preciosi sanguinis Jö nullo modo nocet illi cui tribuitur sed sibimet ministranti valde nocet vz detrimento culpe postquã amarissima pena sequitur nisi culpaz ipsam vera contritiõe cordis atqz displicẽtia sui peccati delere studeat. Hoc ergo venerabile sacramentũ valde nocet illi sicut dixi qui recipit indigne non ex defectu sanguinis vel ministri sed ex defectu sue male dispositionis qr cum magna miseria mentis et corporis et immunditia atqz crudelitate contra se pariter et proximum ita processit. Sibi crudelis extitit cum abstulit a se gratiam sub pedibus affectus hui9 preciosi sanguinis conculcando fructum quem a sacro baptismo traxerat qr tũc ablata fuerat virtute sanguinis hui9 originalis peccati macula quam incurrit cum a suis parentibus est conceptus. Et ideo verbum vnigeniti filij mei donaui vobis qr tota massa generationis humane corrupta fuit in trãsgressiõe primi parentis vestri ade. Et ideo vos omnes veluti vasa formata de tali corrupta massa corrupti fuistis et ad vitam eternam inhabiles et inepti. vnde propter hoc altitudinez suppremam iungi et vniri volui cũ vestre vilitatis humanitate: vt remedium adhiberem humane generationis mortifere corruptiõni et ita recuperaret gratiam quam ex culpa sui peccati perdiderat. Cum ergo in me pena cadere non possit et de culpa diuinã mea iusticia penã omnino requireret: neqz pur9 homo per se satisfacere quoquo modo sufficiens vel idoneus erat eo qr illa culpa perpetrata fuerat in me qui sum infinita bonitas: et homo debilis pauper et imbecillis: ex soluere pro se nequibat vt iam dixi paterna caritate coactus: verbuz mihi coeternum vestitum eiusdem vestre nature vestimento misi vobis vt in ipsa massa corrupta. primi parentis vestri qui peccauerat exsolueret illa pena quam exigebat iusticia diuina. Et ita tollerando supra dorsum ei9 penas acutissimas vsqz ad mortem crucis obprobriosam satisfactũ extitit iusticie diuine pariter et affectuose caritati paterne que cum inestimabili misericordia satisfacere voluit pro culpa cõmissa hominem gratiose disponendo ad felicitatem illam eternam ad quaz ego creaueram eum. Itaqz humanã vestra natura diuine nature cõiuncta et vnita sufficientissime satisfecit pro toto mundo et vniuersa humana generatione. Non tamen ex penã tollerata soluz in vestra natura finita et incorrupta massa supradicta sed virtute deitatis eterne que fuit et ẽ infinite potentie. Hac ergo vnione contracta vtriusqz nature sacrificiuz sanguinis vnigeniti filij mei gratanter acceptaui coniuncti et vniti eterne deitati et igne diuine caritatis exusti que vere fuit vinculum illud quod in cruce detinuit eum in cruce suspẽsum et affixum. Per hũc ergo modum et non aliter humana

natura vestra satisfacere potuit hu
iusmodi culpe vz virtute diuine na
ture. Et ita sanies abluta ꝛ ablata
fuit illius transgressionis atqz cul/
pe prima vestri parentis ade rema
nente solummodo signo siue fomi/
te vz inclinatione naturali ad pec/
candum cum alijs defectibus qui
sustinentur in corpore veluti cica/
trix que remanet ex vulneribus ho
mini liberato. Ita culpa trangres/
sionis ade que letalem sordem atqz
miseriam ꝛ inclinationem humano
generi produxit in vobis est opera
ta sed magno superueniente medi/
co vz vnigēito filio meo perfecte cu
ratus est egrotus amaram absorbē
do medicinam quam homo per se
bibere non poterat qz nimis erat ī
becillis effectus atqz debilitatus ꝛ
infirmus directe fecit vti solet age
re nutrix quādo paruulus infirma
tur que pro ipso medicinam absor/
bet amarā pro eo q̄ ē fortis ꝛ adul/
ta. puer vero nec sumere neqz tolle/
rare posset amaritudinez huiusmo
di medicine. vnde tulit ipse tanq̄z
baiula siue nutrix: operante fortitu
dine atqz magnitudīe deitatis: na/
ture vestre medicinam amarissimā
crucis ꝛ penose mortis vt vos velu
ti puerulos imbecilles ꝛ ex culpa d
bilitatos ꝛ infirmos sanaret ꝛ habe
retis vitam ꝛ integram incolumita
tem. Remāsit ergo solūmodo signū
originalis peccati qd̄ a parentibus ve
stris in conceptu ꝯtraxistis. Quod
vtiqz signum etiam ab anima tolli/
tur quāuis non ex toto vz in sacro
baptismo qui virtutez habet: ꝛ gra
tie vitam exhibet in efficatia glorio
si atqz ꝑtiosi sanguinis huius. Qū
n. anima recipit ab ecclesia sancta
baptismum: aufertur ab ea pecca/
tuz originale infunditurqz sibi gra
tia: ꝛ fomes peccati vz iclinatio ad
peccandum ab originali peccato ꝓ
cedens: atqz remanens veluti cica
trix ex vulnere sicut iam diri debi
litatur ita q̄ si anima voluerit po/
test optime refrenare. Tunc huius/
modi vas anime dispositum est ad
recipiendam ꝛ augumentandaz in
se gratiam habundanter ꝛ modicū
vt ei placet exercere siue disponere
semetipsam cum affectuoso deside/
rio seruiendi mihi pariter ꝛ aman/
di me. Simili quoque mō se dispo/
nere potest ad malum sicut ad bo/
num non obstante q̄ in sancto ba/
ptismo gratie receperit infusionez
vnde tempore discretionis aduen/
ente ꝓpter arbitrij libertatem qua
dotatꝰ est a me gratiose quilibet po/
test operari bonum siue malum vt
a sua mera processerit volūtate. Et
est talis tātaqz libertas ista qua do
tatꝰ est homo ꝛ ita factus est fortis
virtute sanguinis huiꝰ preciosi q̄
omnes alie creature quecunqz non
valent eum etiam ad minimaz cul
pam alicuius peccati compellerē ni
si sponte consentire voluerit. Abla/
ta nanqz fuit ab eo seruitus atqz li
bertati donatus in sacratissima pas
sione dilectissimi filij mei vt prop̄e
sensualitati dominaretur. ꝛ eternaz
felicitatem obtineret ad quam cuz
ita gratiose creaui. O miser atqz mi
serabilis hō qui delectaris ī peccato

rum fetenti luto morari tanq̃ animal immundum ꝛ velud ingratus agnoscere negligis vel non vis tanta: beneficia que tibi gratiose concessi. Ultra recipere non poteras o misera creatura mea circundata dãnabili atq; tenebrosa ignorantia.

Quomodo culpa punitur acrius post yhesu christi passionem q̃ ante. Et quomodo deus permittit mundo facere misericordiam ac etiam ecclesie sancte mediante oratione atq; tollerantia laborum seruorum suorum. Capi. xv.

Uolo te nosce filia mea q̄ propter gratiam hominibus a me factam non solummodo pro prima creatione sed quoniam eos ĩ sanguine filij mei recreaui ꝛ reformaui restaurando eos ad gratiam ex peccato iam deo deperditam non volentes eam a me gratiose humiliter ꝛ recognoscere sed iugiter ambulando peruerse de malo in peius ꝛ de culpa in culpam me cum iniurijs offendentes ita gratias meas vilipendendo de quibus nõ solum erga me sunt ĩgrati verum aliquãdo reputant a me recepisse cõtumeliam quemadmodum si aliud eis optarem q̃ sanctificationem ipsorum. Incomparabiliter punientur acrius ꝛ maiori pena cruciabuntur ex quo redempti sunt glorioso sanguine filij mei q̃ ante redemptionem. Quia proculdubio valde cõueniens est vt ille qui plus accepit amplius obligetur ei a quo recepit. homo quippe multum mihi obligabatur ex eo q̄ eam nõ esset eũ creaui ita nobiliter v; ad ymaginem ꝛ similitudinem meam vnde mihi tenebatur exhibere laudem ꝛ honorem Sed eam abstulit a me quantum in eo fuit ꝛ sibimet impendere voluit propter quod obedientiam iniunctam a me damnabiliter est trãsgressus ꝛ inimicus mihi factus est. Ego vero cum humilitate destruxi ꝛ vici superbiam eius diuinam vi humiliando naturam ꝛ illam vniui humanitati vestre ꝛ a seruitute; diabolica liberatas restitui eos in potestate libera. Et non solũmõ liberũ hoiem esse feci: ʒ si bñ ꝯsideras hõ fcũs ẽ de⁹ atq; deus fcũs ẽ hõ ex vnione diuine nature cũ humana. Hoc ẽ vtiq; donũ vnum valde singularẽ excedẽs alia dona q̃ acceperũt hoies: thesaurũ dico sanguis ĩ quo sunt ad grãm recreati. Itaq; vide q̃to magis obligant̃ post redẽptionem q̃ añ. Obligant̃. n. afferre mihi gloriã ꝛ honorẽ sequẽdo vestigia ĩcarnati ṽbi filij mei dilectissimi. Et tũc ĩ dilectiõe vera mei atq; ꝓximi debitũ valde gratum ꝛ acceptabile ꝯtribuũt vt supius ẽ expssuz. Si võ ñ agũt ita q̃ multũ obligãt̃: maiori pũitiõe digni sunt. Indubitãter ergo diuina iusticia mea pũiet eos eterna dãnatiõe. Quare maiori pena cruciat̃ vnus xp̃ianus iniquus q̃ vnus paganus ĩfidelis ꝛ ignis ĩfernalis amplius eum cruciet ꝛ vt ita dixerim absq; consumptione consumit exigente diuina iusticia. Nam exterius ignis affli

git ⁊ vrit ⁊ interius vermis ꝯſcie ta beſcere facit eos. Neqꝫ cōſumpti deficiunt eo ꝙ illi qui ſunt in tali dāmatione ꝓpter aliqua tormenta minime perdūt eſſe ita ꝙ omnino deficiant. Unde noueris ꝙ ipſi mortē inuenire poptāt: ⁊ illam habere nequeunt q2 deficere nō poſſunt quātum ad eſſe ſimpliciter licet ex culpa ſua perdiderunt eſſe quātum ad gratiam. Itaqꝫ procul dubio culpa punitur amplius atqꝫ grauius ex quo redemptio veſtra facta fuit ꝑ effuſionē huius precioſi ſanguinis filij mei ꝙ̄ ante q2 plus valde receperunt. Neqꝫ videtur ꝙ velut īſenſati perpendant tantam miſeriam ſuam q2 nimis inſipienter. mihi facti ſunt inimici cum ego gratioſe reconciliaſſem eos in ſanguine dilectiſſimi filij mei. Unum tamen aſſumendum ego te docebo remedium quo diuine iuſticie placabit ira. vꝫ mediātibus amicis meis īquātum ipſi me compellant ⁊ inducāt cum deuotis ⁊ lachrimoſis orationibus ⁊ eorum ignito deſiderio ligare conentur diuiñe iuſticie manus. Tu cernis aperte ꝙ iſto ligamine me ligaſti nunc quod vtiqꝫ ligamē ipſe tibi tribui quia vere cupio mundo facere miſericordiam. Et īdō mentibus amicorum meorum infundo famem ingentem ⁊ ignita deſideria circa meum honorem atqꝫ ſalutem animarum vt inclinatus. Immo compulſus ab eorum deuotas orationibus temperare ſtudeā iram iuſticie mee diuine. Aſſumas ergo lachrimas vna cū ſudore tuo ſimiliter ⁊ alij ſui mei faciāt ⁊ hauriant eas a mari mee diuine caritatis ⁊ cum eis abluite faciem valde maculatam amabilis ſponſe mee. Quia tibi promitto ꝙ iſto remedio cooperāte ſibi pulchritudo priſtina reſtituetur cum pace deſiderabili: vꝫ orationibus continuis ⁊ deuotis ſudoribus atqꝫ lachrimis amicorum meorum effuſis ignito ⁊ anxio deſiderio. Et non in gladio ſine cū vera nec hoſtili crudelitate ꝓcedendo. Et ita deſiderio veſtro ſatiſfaciam: vꝫ aduerſa plurima tollerando ⁊ cum lumine vere patiētie tenebras illuminabiꝭ iniquorū hominum. vos vero nullo modo timeatis eorum perſecutiones iniuſtas: ego nāqꝫ pugnabo pro vobis nec vnꝙ̄ in aliquo deficiet indigentijs veſtris mea diuina ꝓuidētia.

Qualiter hec anime plus de diuiña bonitate cognoſcendo nō erat contenta ſolummodo pro chriſtiano proprio rogare ac eccleſia ſancta ſed orabat etiam humili me ꝓ vniuerſo mundo.

Capi. xvi.

Tunc anima cum agnitione maiori conſurgens ⁊ ingenti gaudio letabunda diuine maieſtati aſtabat valde confortata ſuper diuina ſpe quam aſſumpſerat in diuina miſericordia tum etiam propter amorem ineffabilem quem intelligendo guſtabat: attendens ꝙ ex affectuoſo deſiderio atqꝫ pēna caritate motꝰ deꝰ oio dereuerat hoibꝰ

gratiose facere misericordiam non obstante ꝙ inimici sui facti fuissent Et ideo modum suis amicis impendebat ⁊ viaꝫ ostendebat quomodo possunt ei facere sanctam violentiam ⁊ iracundiaꝫ iusticie diuine placare. valde letabatur etiaꝫ omni timore perdito ex quibuscunqꝫ mundi persecutionibus attendēdo dn̄m esse secum ⁊ pro se pugnaturum. vnde multum augumētabatur ignis desiderij sancti intantum ꝙ animo quieto minime remanebat: imo cū sancta fiducia pro toto mundo misericordiam instanter ⁊ humiliter a domino postulabat. Et quāuis in secūda petitione sua contineretur salubre bonum ⁊ vtilitas christianorum ⁊ infidelium in reformatione sancte matris ecclesie nihilominus veluti famelica ⁊ sitibunda dilatabat orationem ad vniuersum orbē vt ipsemet deꝰ eā expetere faciebat vnde vehementer exclamando dicebat. O deus eterne pijssimos oculos tuos ad ouiculas tuas tāꝗ pastor vere bonus misericorditer aperi. O obsecro non differas vltra mūdo facere misericordiam q̃ iam videtur ex toto deficere priuatꝰ vnione tue caritatis ⁊ proximi sui. Non n. alterutrum inter se diligunt amore realiter fundato in te.

Quomodo deus conquerebatur de populo suo, p̄cipue propter amorem proprium qui regnat in eis cōfortans ipsam animam ad orationem ⁊ lachrimas.

Capi. xvij.

Tunc erga salutem animarū velut ebrius pijssimus dominus ampliorem amorem atqꝫ dolorem in hac anima succendebat: aperte monstrando cuꝫ quanto dilectionis affectu creauerat hominem, p̄ut iam supra aliqualiter habetur. Et iterum ait. vide filia ꝗ̄ iniustissime quilibet me percutit offensionibus iniquis cuꝫ ego creauerim eos cuꝫ estimabili dilectione ⁊ eos gratiose dotauerim infinitis donis nō ex aliquo debito sed ex gratia mea solūmodo paterna ⁊ liberali. Considera nunc innumera peccata ⁊ vitia quibus me iugiter offendunt ⁊ precipue cum abhominabili atqꝫ detestabili amore proprio vnde procedunt omnia mala. Cum hoc amore peruerso totum orbē venenauerūt. Quia sicut amor erga me cunctas virtutes in se continet illas per effectum operis effundendo in proximo vt ostendi tibi sic amor proprius in se continet omnia mala q̃ fūdatꝰ est in superbia sicut amor erga me fundatꝰ in humili caritate. hoc vero malum creatura mediante perpetratur q̃ separati sunt a vera proximi caritate: q̃ me non dilexerūt neqꝫ proximum diligunt. due nāqꝫ dilectiones iste cōnexe sunt adinuicem ⁊ vnite. Ideo dixi tibi ꝙ omne bonum ⁊ omne maluꝫ proximo mediante patrabatur. Multifarie valde cōqueri possum de creaturis meis. Nam a me non habuerunt nisi bonum ⁊ ipse mihi retribuunt odiumꝰ operando multa mala Tn̄ iam dixi tibi ꝙ propter lachrimas ami/

corum meorum atqꝫ deuotas humiliter effusas orationes iracūdia diuina placaretur ⁊ idem assertiue confirmo. Tu igit̄ ⁊ alij serui mei fitis obuiare soliciti cum orationib⁹ assiduis atqꝫ desiderijs igniferis amarissime dolentes de culpis ⁊ offensis contra me factis ⁊ de animarum damnatione vt illi possint euadere iuditium eterni supplicij.

Quomodo nullus man⁹ dei euadere potest vbi summus vel per misericordiam vel per iustitiam.
Capi. xviij.

Noueris igitur indubitanter ꝙ nemo potest euadere manus meas. Nā ego sum ille qui sum vos vero non estis a vobisipsis nisi quātum a me recepistis esse vestrū qui sum creator omnium que sunt excepto peccato qḋ omnino nihil ē ⁊ ideo nullo modo processit a me: quare non est amari dignū. Ex hoc igitur excecata creatura mea miserabiliter offendit qꝛ diligit qḋ amare non dꝫ: vꝫ peccatum ⁊ me sūme bonum odit a quo recepit esse suuꝫ cum alijs infinitis gratijs in hoc eē fundatis a me sibi paterna caritate gratiose concessis. Si ipsi nequeunt vllatenus effuger̄ manus meas qꝛ vel a iusticia puniētur vel a misericordia saluabunt̄. Igit̄ aperi oculum intellectus ⁊ vide manum meam ⁊ aperte cognosces huiusmodi rei veritatem. Tunc ex obedientia sūmi patris eleuans oculum in manu sua videbat vniuersum orbem inclusum. Et ait illi dominus. Optime nūc vides qꝛ nemo potest a me quomodolibet auferri ⁊ sicut iaꝫ dixi vel in manu mea sunt per iusticiam vel per misericordiam. Nunc nāqꝫ creati sunt vniuersi ⁊ ea que feci nō odi sed affectuose diligo. Et ideo non obstantibus ipsorum iniquitatibus ego dispono eis misericordiā īpendere gratiosaꝫ humilibus amicorum meorum orationibus intercedentibus. Et ita petitionem tuaꝫ effectualiter adimplebo que cum tanta cordis amaritudine pariter ⁊ amore rogasti me.

Qualiter ħ anima ꝺ̄siderio ignito succensa cupiebat asc sudorem sanguineum emanare ⁊ se redarguens orationem pro patre suo faciebat. Capi. xix.

t Tunc anima p affectuꝫ amoris ebria: quasi non esset in se igni sancti sui desiderij crescente stabat veluti beata pariter ⁊ dolorosa. Beata quidem erat ex vnione perfecta qnam in deo fecerat gustādo sue bonitatis amulitudinem ⁊ quasi suffocabatur in ipsius ineffabili misericordia. Dolorosa vero cōsiderando diuinam bonitatem ita damnabiliter offendi. Cui gratias vberes agebat aduertens ei manifestata fuisse peccata delinquentiū hominum vt affectuosa caritate cōpulsa cum maiori solicitudine sanctum desiderium augumentaret sin defesse. Percepit igitur in eterna deitate sensum anime sue mirabili

modo renouari. Et ea tãtũz ex ere/nit sanctus & amorosus ignis q̄ que sudorem abundanter effusũ a cor/pore propter uiolẽtiam ab anima sibi factam que tota succẽdebatur a more diuino ipsa contẽpnebat ex vehemẽti desiderio qđ habebat vt illi⁹ loco sudor viui sanguinis ema/neret. Perfectior enim erat vnio quam tunc anima fecerat in deo q̄ sit vnio corporis & anime. Ideo cor/pus laboriose multum affligeba/tur. Anima non semetipsam argue/bat dicens. O anima mea misella totam vitam tuam cum tempore ti/bi gratiose concesso multum inuti/liter expendisti; immo potius per/didisti. Et ideo tot & tanta dãpna & innumerabilia mala non soluz in ecclesia sancta: verũ etiam per vni/uersum orbem occurrerunt cõmu/niter ac etiam in particulari. Un/de volo te cum sudore sanguineo in presenti remedium adhibere. Vera/citer hic anima bene mandauerat memorie doctrinam optimam quã ei veritas eterna: tradiderat vz vt semetipsam agnosceret atq̧ diuinã in se bonitatem nec non & oportuna remedia pro reparatione totius orbis ad placandam iracundiam iustitie diuine vz cum humilibus continu/is atq̧ sanctis hominibus. Pro/pter quod hic anima vehementi compulsa desiderio valentius insur/gebat & apperiens intellectus ocu/lum attente speculabatur in carita/te diuina: vbi lucide cognoscebat atq̧ degustabat q̄tũ obligebamur amore in dessesse procurando glori/am & laudẽ diuini nominis in salu/tem animarum. Et ad hoc videbat & intelligebat vocatos esse dei ser/uos. E precipue veritas eterna vo/cabat & eligebat anime sue patrez quez offerebat in conspectu diuine maiestatis ipsam instãtissime depre/cans vt ei lumen gratie singularis infundere dignarẽ ad perficiẽdã in omnibus in veritate voluntatez ipsius eterni vestris.

Quomodo sine tribulationibus cum patiẽtia portatis nemo potest deo placere. Cap. xx.

Pijssim⁹ ergo deus tercie sue petitioni respõdendo: vz de/siderio salutis patiẽs anime sue ait ei. Filia carissima patrẽ anime tue volo cum omni sancta solicitudine salutem animarum indefesse pqui/rere in quo proculdubio mihi val/de complacebit: hoc autez ipse sine tu vel alius quicũq̧ perficere non valeret absq̧ persecutione & tribu/lationibus q̄ plurimis: vt iam tibi dixi prout mihi cõcedere placebit & expedire cognouero. Sicut enim optatis: honorem videre meum in ecclesia sancta sic in corde uestro cõ/cipere debetis affectum amore mei tollerandi cum uera pãcientia que/cũq̧ concessero. Et in hac experien/tia videbitur vtrum honorem me/um in veritate perquiratis: & ipse tunc erit amabilis filius meus. Et vna cũ alijs amicis meis ipse quoq̧ requiescet supra pectus vnigeniti fi/lij mei de quo vobis pãtem feci vt

incolumes peruenire: valeatis ad gloriosum finem atq; terminū ad quē vos ego gratiose creaui: vbi recipietis fructum omnium laborū quos amore mei cum patientia portaueritis. Itaq; tollerate viriliter quia non sunt condigne passiones huius breuissimi temporis ad futuram ⁊ eternam gloriam: ad quam vos introducam.

Quomodo fracta via per quam ad celū ascēdere debeamus ex obediētiā ade deus pōtēstatem de filio suo fecit per quē trāsire possunt cō incolumitate fideles. Ca. xxi.

Et q̄ tibi dixi q̄ ex vnigenito filio meo humano generi potestatē fecerā nolo vos ignorare filij mei dilecti q̄ via per quam ascendere debeatis in celū ex i obediētiā ⁊ propter transgressionē ade fracta fuit ⁊ interrupta per modum q̄ nemo transire poterat ⁊ ad vitā pertingere durabilem. Itaq; genus humanum mihi gloriam ⁊ honorem non reprendebat vt obligabatur: non habendo finem illum ad quē ipsam gratiose creaturam ⁊ ita veritas mea minime cōplebatur: hoc est autem veritas mea quoniam hominem ad imagiem ⁊ similitudinē meam ⁊ magna dignitate creauerā vt ad vitam eternam veniret: ibiq; participando gustaret ineffabilē dulcedinem atq; bonitatem meam Peccatum igit̄ impediebat ne pertingeret ad istum fellicissimum terminum ⁊ ita veritas ista non impediebatur. Huiusmodi nāq; peccati culpa celum omnino clauserat atq; nunc ianuam. Predicta culpa spinas angustiarum tribulationem atq; molestiarum homini germinauit. Sicut enim homo mihi rebellis extitit in semetipso subito rebellionē inuenit. Caro contra spiritū illico rebellauit ⁊ impugnauit. Et innocentie statum amittendo effectus est veluti animal immundum ⁊ etiā alie creature facte sunt ei rebelles vbi plene fuissent eius obediēte subdite si se conseruasset in dignitate qua creaueram ⁊ collocaueram eum. Sed quia se cōseruare noluit meam obedientiā offendendo mortem eternam corporis ⁊ anime proculdubio meruit Unde post hic illico fluuius quidā inquietus imo tempestate plenus valde periculose profluxit qui suis vndis iugiter allidit cum cum varijs afflictionibus atq; molestijs a semetipso vz ab aduersario pariter ⁊ a mondo procedentibus. Omnes in isto fluuio mergebamini quia nullus ex quacunq; iusticia sua poterat ad eternam vitam ascendere. Quamobrē ego pie more paterno cupiens vestris multiplicibus obuiare periculis ordiamini potestatem omnino saluarem donando vobis vnigenitū filiū meū vt trāsitu fluminis huius euadē possitis oē piculū. piculosus itaq; fluui9 ē ista mūdi pcelosa pariter ⁊ tenebrosa vita. Nūquid aduertis q̄tu n obligatur amare me genus humanum ⁊ cum q̄ta procedit ignorantia periculosa volendo

potius in flumine se suffocare ꝗ̄ as/sumere salubre remedium quod ei gratiose concessi.

Deus īducit hanc animam ad cō siderandam dicti pōt̄ magnitudi/nem que tenet a terra vsqz ad ce/lum. Capi.xxij.

Dixit etiam huic anime domi nus. Aperi oculum intellect⁹ ꝛ videbis exceccatos ꝛ ignorantes. videbis insuper imperfectos atqz perfectos qui me viriliter ꝛ in veri tate secuntur vt de perditione mi/serorum ꝛ ignorantium caritatiue condolens: ꝛ de felicitate seruorum ꝛ electorum meorum affectuose cō/gaudeas. Item aperte videbis qua liter incedūt euntes in lumine nec non ꝛ euntes in tenebris. Sed ātea volo te considerare pontem istū de quo dixi. Nam a sūmo celo vsqz ad aridam extendit ꝛ occupat altitu/dine sua hoc est qm̄ altitudini diui nitatis terra vestre humanitatis vni tur. Et ideo dixi ꝙ a sūmo pertin/git ad infima: vz ex vnione vtrius/qz nature. hoc omnino necessarium extitit: volendo reficere dirruptum iter vt ad vitam eternam pertinge re valeretis: amaritudine periculosa vite presentis cum incolumitate trās vadata. Iste vero pons de terra so/lummodo construi non poterat al/titudinis que sufficeret ad transitū huiusmodi fluminis vt habere pos/setis vitam. Quia vz terra vestre hu manitatis ad satisfaciendum offen se contra me perpetrate nullo mo/do sufficiebat nec abluere poterat illius culpe putredinem que quidē vniuersum genus humanum ꝛ cor rupit ꝛ infecit vt iaz dixi. Oportu/it ergo naturam vestram vniri no/stre diuine vt satisfacere posset pro vniuerso genere humano: dum hu/mana vestra natura tollerando pe nam in dilectissimo filio meo mihi pro vobis oblato acceptaretur ī suf ficientissimo sacrificio virtute natu re diuine secum vnite. Et ita mors a vobis auferetur ꝛ vita gratie do naretur. In hunc ergo modum al/titudo diuinitatis humiliata fuit humo vestre mortalitatis. Et ex ta li vnione perfectissima constructus est iste sacratissimus pons ꝛ via sa/lutifera reparata. Quare se fecit vi am? Ut per eam transeundo veni/retis ad eternum gaudium vna cū angelica natura. Sed vobis mini/me sufficeret ad obtinendam vitaz licet vnigenitus meus de se pontez fecerit nisi per ipsum transiretis.

Quomodo sumus omnes labo/ratores adeo missi ad laborandum vineam ecclesie sancte Capi.xxiij.

Tunc supradicta sententia veri/tas eterna demonstrabāt ꝙ nos creauerat absqz nobis sed sal/uare nos absqz nobis omnino non vult. Oportet ergo ꝙ apponam⁹ in salutis nostre negotio bonam vo/luntatem cum arbitrio libero tem pus in veris virtutibus exercēdo. Ideo subiunxit illico dicens. Om/nes trāsire debetis per pōtē istuz ꝑ

quirentes indefesse gloriam ⁊ lau/
dem nomini meo in animarum sa/
lute cum pena tollerando labore.
Q̄plurimos amore sincero dulcis ⁊
amorosi ꝓbi sequndo vestigia. Uos
esse cultores atq; coloni mei q̄s ego
cōduxi vt vineam sancte matris ec
clesie laborarem. Uos vtiq; labora/
tis in vniuersali corpore christiane
religionis a me conducti per grati/
am exhibendo vobis lumen bapti/
smi salutaris quem habuistis in cor
pore mistico' sancte matris ecclesie
per manus ministrorum ques ad
laborandum conduxi sicut ⁊ vos.
Uos estis in vniuersali corpore.
Ipsi vero sunt in corpore mistico
ad pascendum animas vestras ele/
cti ministrando vobis in sacramen
tis vnigeniti mei sanguinem extir/
pando spinas mortalium peccato/
rum atq; plantādo virtutem ⁊ gra
tiam in vinea vestrarum animarū
alligata vinee sancte matris eccle/
sie. Quilibet homo vineam habet ī
semetipso: vz animam suam cuius
colonus ⁊ cultor est voluntas vna
cum arbitrio libero dū viuit in isto
breui tempore. Transacto vero tē/
pore nullum opus in ea facere po/
test neq; bonum neq; malum. dum
autem est in tempore potest īmo de
bet viriliter in vinea sua laborare
ad quā cum introduxi. Et a me gra
tiose recepit iste colonus tam vali/
dam fortitudinem ꝙ omnino nul/
la creatura potest auferre sibi nec
eū violentare nisi spōte voluerit ac ī
quiescere nam ī sancto baptismo fu
it ita fortificatus. Tūc accepit vnū
gladium bicipitem vz amorem vir
tutis ⁊ odium peccati que duo repe
rit in sanguine. Quē amore vestre
salutis ⁊ odio peccati mortuus ē vni
genitus filius meus effundēdo pre
tiosum sanguinem habundanter: ī
quo sanguine vitā habuistis in san
cto baptismo. vnde gladium habe/
tis quo debetis vti manu liberi ar/
bitrij dum estis in tempore ad eue
lendas peccatorum spinas pungen
tes atq; mortiferas ī anima vestra
plantando virtutes. Aliter. n. fru/
ctum sanguinis non haberetis ab
ipsis colonis quos in ecclesia sancta
collocaui de quibus iam dixi tibi ꝙ
a vinea nostrarum animarum au/
ferebant spinas peccatorum ⁊ īfun
debant gratiam in sacramentis ec/
clesie ministrando sanguinem. Est
ergo necessariū ꝙ prius humili cō
tritione cordis atq; displicentia pec
catorum assurgat ⁊ amore virtutū
⁊ ita sanguinis huius preciosi salu/
tiferum fructum habebitis. Aliter
n. minime posset habere nisi etiam
ex parte vestra virtuosā dispositio
nem faceretis veluti palmites vni/
ti vere viti videlicet yesu christo fi/
lio meo qui ait. Ego sum vitis vera:
pater vero meus agricola est ⁊ vos
palmites. Et ita verū est. verus. n.
agricola sū a quo sunt egressa que/
cunq; sunt in esse creata. Potentia
nanq; mea penitus inextimabilis
ē. Ipsa quottidie gubernat atq; re/
git vniuersum orbem ⁊ absq; me ni
hil omnino factum est. Itaq; sum

d

illic verus agricola qui filium meum vnigenitum in terra vestre humanitatis plantaui tanquam vitem vt vos veluti palmites vniti per fidem et opera de vite fructum afferatis. Ideo quicunque salutiferum fructum videlicet: bonorum operum afferre neglexerit ab ipsa vite vera precidetur et arescet et in ignem mittetur eternum quoniam ita precisus illico vite gratiã amittit: et veluti palmes a vite precisus et are factus infructuosus ẽ oĩno et solũ mõ fuat ad ignẽ. similr isti peccatis eorum exigentibus ita precisi morientes in culpa mortali mittentur a diuina iusticia veluti inutiles in ignem eternum. Isti colere noluerunt vineam suam imo potius exterminauerunt propriam et alienam. Nec in ea solum obmiserunt aliquam virtutis plantam immittere imo quod videtur esse deterius inde semen gratie qd in lumine baptismali perceperant abiecerũt atque modo miserabili cõculcauerunt. Isti quo lumine participabant vnigeniti filij mei sanguini qui suauissimum vinum extitit quod vobis vit ista vera produxit. Ipsi autem abstulerũt a vinea sua semen istud et in cibum exhibuerunt animalium aliquorum: videlicet iniquitatum diuersarum: illud vilissime subpeditantes per inordinatum affectum cum quo me satis offenderunt et semetipsos valde miserabili modo damnificauerunt atque proximum. vos vero serui mei fideles inserti esse debetis vere viti: quia tunc afferetis habundantissime fructum participantes huius vere vitis humorem. Vobis autem in filio meo dilectissimo permanentibus in me stat. Nam ego sum vnum cum eo et ipse mecum. Si stabit cum eo sequemini proculdubio vestigia eius et doctrinam et ita substantie eius participabitis videlicet eterne deitatis vnite vestre humanitati dum inde trahitis amorem ineffabilem atque diuinum vbi fidelis anima inebriatur. Et ideo dixi qr participabitis de substantia salutifere vitis huius.

Qualiter deus palmites predicte viti vnitos videlicet seruos suos putat et quomodo nullus potest colere vel destruere vineam suam. quin colat vel destruat illã primi Capi. xxiiij.

Item ait dominus. Scis filia mea quem modum ego teneo postque serui mei sic vniti libẽter animo prompto desiderant yesu christi filij mei sequi doctrinam atque vestigia: Ego puto illos amouendo superflua vt ampliorem fructum producant et fructus eorum sit acceptabilis et electus et non efficiatur inanis atque siluester sicuti palmes viti coniunctus putatur a cultore vt meliorem fructum atque plus afferat. Quod vero siluestrem viderit ad ignem ponit. Similiter ego verus cultor ago. Seruos meos in me per amoris affectum inmorantes ego puto: multis varijsque tribulationi-

bus vt meliorem atq; maiorem fructum afferant & eorum probata virtus dinoscat. Steriles vero preciduntur a gratia & igni comburentur. Tales.n. veri sunt cultores valde bene colentes animas eorum extirpantes ab eis omnem amorem proprium in me terraz vertentes affectus animarum eorum nutriunt & iugiter augmentant in se gratie semen quod in sancto baptismo receperunt. Et ita bene vineam propriam excolentes: etiam illam proximi sui bene colunt quia non bene potest coli vna sine reliqua. Jam.n. tibi dixi q omnia bona similiter & omnia mala mediante proximo perpetrant. Itaq; vos estis coloni mei ame progressi & electi qui sum optimus laborator: vos vniens & inserens vere viti propter vnionem cu humanitate vestra factam. Diligenter attende q omnes homines habent vineam propriam que sine medio iungitur & vnitur vinee proximi sui. Et in tantuz vniuntur q nemo potest proficere sine nocere sibi q idem etiam proximo non operetur. Ex omnibus vobis videlicet ex tota religione christiana vniuersalis vinea constituta est eo q estis vniti pariter in corpore mistico sancte matris ecclesie vnde vite gratiam habetis. In qua vinea plantam vitem hanc veram vnigeniti filii mei cui vos inserti esse debetis pariter & vniti. Si vero non centi in eo taliter inserti rebelles esseris indubitanter ecclesie sancte ac essetis veluti membra putrida q precisa sunt a corpore. Veruntamen dum estis in tempore potestis a peccati putredine consurgere habendo recursum ad ministros meos qui sunt coloni tenentes claues vini saluberrimi videlicet preciosi sanguinis ab ipsa vite vera producti & egressi. Qui tante virtutis atq; perfectionis est q ex nullo defectu ministri contaminari potest vel inquinari neq; potest a vobis auferri fructus ipsius immaculati sanguinis. Vinculum vero caritatis est illud cum quo ligantur cu humanitate vera & notitia salubri mei & sui. Itaq; vides apte q omnes vos veluti colonos ad laborandum adduxi. Et nunc etiam inuito vos denuo quia mundus in se defecit & in tantum vepres in eo multiplicate sunt q omne semen omnino suffocatur. ita q nullus fructum boni operis vel gratie facere volunt. Igitur volo vos esse cultores veros atq; fideles. qui cum solicitudine sancta & indefessa in corpore mistico sancte matris ecclesie pro salute fidelium quottidie laboretis. Precipue ad hoc vos eligo quia decerni mundo miserabili facere misericordiam pro quo tu tam humiliter & instantissime rogasti me.

Qualiter hec anima post aliquas dei laudes humiliter exposcit ei demonstrari per pontem ambulantes: & alios qui per ipsum ambulare volunt. Capi.xxv.

Hec anima tunc a more diuino valde faccensa dicebat exclamans. O dulcissima caritas in etti mabilis z ignifera quis ex tāta dul cedine non accendatur z uratur: Quod est cor ita durum quod se defendere valeat vt non deficiat. Tu abissus eterne caritatis. ita philocaptus es de tuis inutilibus creaturis q vt ita dicam videris insanire quemadmodum si viuere non posses absq illis cū tu sis omnipotens deus noster qui nostri nullatenus indiges: z ideo de quocunq nostro cō modo nihil additur magnitudini tue. Et qz tu es imobilis de quocunq nostro detrimento nihil omnino deminuitur eterne bonitati tue. vnde prouocaris obsecro ad tantam atq talem misericordiam exhibendam: Solūmodo tua caritas ineffabilis hoc agit. Non quidem ex debito sine q egeas adiutorio qz sumus vere neq z infidelissimi debitores. Si bene considero sūma z eterna bonitas: ego latro sum: tu vero p me suspēderis atq torqueris qz video filium tuum vnigenitum in cruce pro me suspēsum atq clauatum: de quo fecisti potē humano generi sicut mihi miserrime serue tue propalar dignatus es. vnde cor meum ex vehementi desiderio atq fame tui honoris in presenti scinditur z tamen vt opto scindi non valet. In super habeo memorie qz mihi ostendere volebas qui sunt illi qui p pontem incedunt z alios qui per illum ire nolunt. Et ideo si maiestati tue placet ego libenter viderem atq te docente libenter audirem.

Quomodo pons iste tres grad⁹ habet p quos aperte notantur tres anime status z qualiter itelligitur verbum christi. Si exaltatus a terra fuero zc. Capi. xxvi.

Eternus vero deus vt animā illam circa salutem animarū amplius philocaperet atq feruentius animaret ait. Antecq pandam tibi ea que tibi monstrare dispono z id quod a me petis: volo te noscere qualiter iste pons est vtilime dispositus. dixi tibi q a celo vsq ad aridam extenditur vz ex vnione quam in humanitate vestra fieri volui. Nam de limo terre primū hominem ego formaui. Iste pons vz filius meus vnigenitus tres gradus in se continet quorum duo fabricati fuerunt in ligno sanctissime crucis. In tercio q qz persensit amaritudinem valde molestam: vz quando potatus in cruce fuit aceto felle permixto. In his ergo trib⁹ gradib⁹ itelligere poteris tres anime status vt apertius tibi subiungar primus gradus in pedibus īntelligitur: qz sicut pedes portant corpus sic affectus animam. Ast siri pedes tibi faciunt vnum gradū vt ad vulnus lateris attingere valeas. Secundus tibi cordis aperte manifestat archana postq homo super affectum pedum ascenderit cepit: iam gustare cordis affectum diligentissime considerans intelle-

ctus oculo cor apertum unigeniti fi lii mei ubi reperire potest ineffabilem atque perfectissimum amorem vere consummatum. Consumatum i quia vos non amat ex aliqua utilitate propria. Nam utilitatem ei facere non valetis quia unum est mecum. Tunc anima repletur amore considerando se tam ineffabiliter amari. Postquam ergo gradum hunc ascendit pervenit ad tertium vz ad os om m suavitate repletum ubi reperit pacem quietissimam ex amarissima guerra quam prius incurrerat propter offensiones eius. Igitur in primo gradu levando pedes affectus a terra respuit vicia. In secundo replevit animam virtutibus. Sed in gradu tertio gustat pacem. Itaque pons iste tres habet gradus ut ascendentes primum atque secundum per venire possis ad tercium. Est etiam iste pons elevatus in altum quem aqua occurrens ledere non valet eo quod in ipso glorioso ponte non fuit unquam aliqua peccati macula. Et licet ipse pons in altum extiterit elevatus: tamen a terra fuit nullo modo separatus. Scis filia carissima quando levatus fuit in altum. Quando affixus fuit in ligno salutifere crucis. Non tamen separata fuit aliquo modo a terra nostre humanitatis altitudo nature divinitatis. Et ideo dixi quod licet in altum esset elevatus a terra: tamen non erat separatus ex unione deitatis et humane nature. Nemo quippe poterat incedere super pontem istum usquequo non erit in altum elevatus. Et ideo dixit ipse. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Ego vero considerans quod alio modo meliori trahi non poteratis: mea paterna caritate solummodo motus vobis eum transmisi super ligno salutifere crucis elevandum et exaltandum faciendo de corpore suo quandam incudem in qua fabricaretur humani generis filius anferendo sibi mortem et ei vita gratie restitueretur. Et isto modo trahit ad semetipsum omnia dilectionem inestimabilem ostendendo vobis: quia cor hominis agilius trahitur amore quam alio modo: et ipse vobis maiorem amorem ostendere non poterat quam vitam pro vobis exponere violenter igitur homo trahit ab amore nisi forte propter ignorantiam et ingratitudinem eius omnino renuerit atque resistentiam dampnabilem adhibuerit dixit ergo quod si exaltatus esset a terra omnia traheret ad se: et ita verum est: hoc autem intelligi potest dupliciter. uno modo quod hominis attracto corde per affectum amoris ut iam dictum est: etiam anime potentie extere sunt atracte: vz memoria intellectus atque voluntas. Congregatis igitur et unitis his tribus anime potentijs in nomine meo tunc omnia que facit actualiter atque mentaliter attrahuntur et uniuntur in me per affectum amoris. Ideo sunt mihi valde grata pariter et accepta quia sunt in altum erecta sequendo dilectionem igniferam unigeniti filii

mei. Itaqȝ verũ est quod ait: si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me quia videlicet attracto corde cum anime potentiis. opera cuncta similiter attrahuntur. Secundo modo potest intelligi quoniam omnia creata sunt in obsequium hominis ꝛ non homo ꝓpter alias creaturas: imo propter me solummodo videlicet vt mihi seruiat ꝛ affectuose me diligat ex toto corde suo. Attendas ergo ꝙ homine sicut dictuȝ est attracto cetera sunt attracta dũ omnia creata sunt propter ipsuȝ fuit igitur expediens ꝙ iste pons in altum erigeretur ꝛ ꝙ haberet etiam in se scalas vt agilius ad ipsum ascẽndere valeretis.

Quibus lapidibus iste pons est muratus: vnde qui per pontem trãsit omnino saluus est qui vero transit per fluuium vadit ad mortem.

Capi. xxvij.

Iste pons constructus est ex lapidibus vt venientibus imbribus viatores nullo modo prepediantur. Nosti qui sunt isti lapides proculdubio sunt reales ꝛ vere virtutes. Qui lapides ante passionem vnigeniti filij mei murati non erãt. Ideo viatores ĩpediebantur in tantum ꝙ nemo peruenire poterat ad terminũm ad quem ego creaueraȝ eos quantumcunqȝ per viam virtutum ambulare conarentur. Celum adhuc omnino clausuȝ erat: clauis n. sanguinis preciosi filij mei dilectissimi mũdum illud apperuerat. pluuia quoqȝ diuine iusticie nõ admittebat aliquem pertransire. Sed ex quo lapides isti supra corpus ipsi⁹ vnigeniti filij mei de quo tibi dixi me fecisse pontem dolati fuerunt atqȝ contusi. postmodum ipse murauit ꝛ fabricauit calcem ad murandum conspergendo suo pretioso sanguine: que calx excocta cum igne dilectionis immense: fortitudineȝ habuit inextimabilem vigore diuinitatis eterne. Cum potentia mea lapides virtutum murati atqȝ constructi sunt super eum: quia nulla virtus est que nõ extiterit in eo ꝓbata: ꝛ ab eo virtutes omnes habẽt vitam ꝛ efficatiaȝ. Et ideo nemo potest habere virtutem aliquam que vite gratiaȝ exhibeat nisi solum ab eo videlicet suam sequendo doctrinam atqȝ vestigia. Ipse murauit atqȝ plantauit virtutes tanqȝ viuos lapides ĩ edificio: firmauit ꝛ cõstruxit proprio sãguine suo vt omnes fideles expedite trãsire valeant absqȝ timore seruili cuiuscunqȝ pluuie diuine iustitie quia misericordia preuenit. Que misericordia de celo descendit in incarnatione dilectissimi filij mei. Cum qua claue celum fuit apertum. Solummodo cum claue sui preciosi sanguinis. Itaqȝ videre potes hunc salutiferum pontem eẽ constructum atqȝ muratum ac etiam coopertum ineffabili misericordia. Super quo viridarium ecclesie sancte velut apotecha consistit in qua panis vite ministratur esurientibus

tibus et sanguine precioso ficientes habundantissime potantur ne viatores atque peregrini veluti fessi deficiant in via. Et ex hoc ordinavit affectuosa mea paterna caritas ut vobis corpus atque sanguis unigeniti filii mei quotidie ministretur qui verus deus et verus est homo. Cum vero pertransieritis pontem perueniētis ad ianuam que tamen ianua idem est et pons per quā omnes vos indubitāter oportet ingredi. unde dixit in euangelio. Ego sum via veritas et vita: qui vadit p me non ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Et alibi dixit: idem. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et ita se veritas habet. Nam est via veritas et vita. Et si bene meministi iam tibi mōstravi q̄ ē via sub forma pontis. Et q̄ mecum est vnum qui suū eterna veritas etiam idem est vz eterna veritas: q: qui sequitur eum in veritate perambulat. Est insuper vera vita q: qui sequit veritatem istā vitam gratie recipit: nec fame perire potest q: veritas se vobis exhibuit in cibum: nec potest in tenebris ire q̄ ipse vera lux est omnem hominem illuminans omni mendatio privatus: imo eum veritate sue lucis irritavit et ad nichilavit omnino mendatium adversarij eius quo deceperat euā. Quod vtique diaboli mendatium iter ad celum vobis irrupit veritas vero reparavit: illud vt iam dixi fabricando precioso sanguine suo. Igitur omnes qui viam istam in veritate sequitur vtique sunt veritatis alumni q: veritatem sunt tantur et per portam veritatis intrantes ad me mare pacificum veniunt cum hac eterna veritate porta pariter et via felicissime perueniunt. Qui vero declinat et omnino testuit hanc viam saluberrimam ambulare: vadit infra per fluminis alveum. vbi non est via constructa lapidibus: sed aqua procedēs decurrens. Et quia nullum est ibi sustentaculum sine subsidium nullus inde transire pōt quin ab aqua submergatur atque suffocetur. Tales proculdubio sunt huius mundi delicie: status et oblectamenta sue vanitas eo q: affectus hominis super vivo et angulari lapide non est collocatus: imo verius in creaturis et alijs vanitatibus est extra me positus illas inordinate amando atque possidendo: similitudinem habent cum aqua quottidie decurrenti. Similiter et homo vna currit cum illis singulis diebus infallibiliter vnam dictam agit ad mortis terminum properando. vellet vtique semetipsum conservare ne curreret ita vna cum rebus quas diligit. hoc autem est eis penitus impossibile: quia neque se neque sua multo tempore conservare pōt. Statutum est.n. hominibus indubitantissime semel mori: etiam ea que possidet necessarium est omnino relinquere. Quia vel ipse per mortem auferretur eis: vel illa per ordinationem sive permissionem meam auferētur ei. Isti mē dacium imitantur: ideo merito filij

diaboli nominari dicit qui mendax
est ꝛ mendacij pater. Et qꝛ transeũt
per mendacij portam eternam inci
dunt iustissime dampnationeꝫ. Nũc
autem ostendi tibi veritatem atqꝫ
mendatium vꝫ viam meam que ve
ritas est: ꝛ viam diaboli que men/
dacium in se continet.

Quomodo per viam dei vꝫ per
pontem istum ac etiam per viã con
trariam vꝫ per flumen cum labore
transitur. Capi. xxviij.

Iste sunt due vie: sed per vtrã
qꝫ cum difficultate transitur.
Attende diligenter hominis igno/
rantiam ꝛ affectatam eius cecitatẽ
qui viam habens expeditam atqꝫ
salubrem: vult ambulare per flumẽ
ad interitum. Via vero mea tante
consolationis est electis meis ambu
lantibus in ea ꝙ omnis amaritudo
efficitur eis valde dulcis ꝛ omnia põ
dera leuissima. Qui licet adhuc ha
bitent in corpore tenebroso lumen
inueniunt: atqꝫ mortales existẽtes
vitam inueniunt imortalem degu/
stando per amoris affectum cum lu
mine fidei veritatem eternam: qꝛ p
mitto refrigerium inextimabile cũ
ctis qui fideliter amoꝛ mei laborãt
valde nanqꝫ sum liberalis ꝛ gratus
atqꝫ iustus vnicuiqꝫ retribuens iu
xta merita sua. Quare nullum ma
lum est impunitum nec aliquod bo
num aliquando remanet irremu/
neratum. Jocunditatem vero quã
habet ambulans in veritate: per vi
am istam lingua tua narrare nõ va
let: nec auris audire: nec oculus
videre pro eo ꝙ etiam in vita pre/
senti participando gustat illud inef
fabile bonum quod ei preparatur i
vita durabili. Ergo vere stultus est
ille qui bonum huiusmodi recusat:
ꝛ potius eligit in hac vita miserabi
liter aram inferni gustando recipe
re tendẽdo per viã fluminis in qua
cum angustioso laboꝛ perambulat
absqꝫ refrigerio vel aliquo bono: qꝛ
propter eius culpam ꝛ iniquitatẽ
ẽ omnino priuatus me qui sum eter
num atqꝫ sũmum bonum. Ergo ra/
tionabiliter vos electi mei statis in
amaro dolore cordis propter offen/
sas quas iugiter ab homine recipio
ꝛ ex compassiõe sue dãnabilis igno/
rantie cum qua me grauiter offen/
dit in detrimentum imo damnatio
nem anime sue. hoc. n. a vobis acce/
pto gratanter ꝛ ita volo vos agere.
Nunc vero vidisti atqꝫ comprehẽ/
dere potuisti qualitatem ꝛ dispoſi/
tionem huiusmodi salutiferi põtis
ad declarationeꝫ eius quod tibi di
xeram qꝛ pontem humano generi
feceram ex vnigenito filio meo. Et
ista veritas est aperte tibi patefa/
cta vt iam dictum est.

Quomodo iste pons cum ascen/
disset ad celum die ascensionis non
tamen se a terra separauit.
Capi. xxix.

Postq̃ȝ autem vnigenitus fili
us meus ad me rediit quadra

gessimo die post eius gloriosam re/
surrectionem iste pons eleuatus est
a terra: vz a conuersatione corpora
li mortalium ⁊ ascendit ĩ celum vir
tute diuina sedens ad dexterã mei
patris eius eterni prout angelus ip
sa die ascensionis eius discipulis ait
qui mente suspensi stabant ex eo qꝛ
eorum corda in celum ascenderant
vna cum ipso filio meo dicẽs. Non
expedit vt hic vltra moremini quĩ
iste dominus yhs ascendit in celuz
⁊ sedet ad dexteram eterni patris.
Cum ascendẽs in altum ad me cor
pore suo redisset: qꝛ nunq̃ ex diuini
tate discessit: ego misi magistrũ opti
mum humano generi: vz spiritum
sanctum qui venit cũ pot̃etia mea
⁊ cum sapientia verbi mei pariter ⁊
cum clementia sua met: vz eiusdem
spiritus sancti. Qui spiritus vnum
ẽ mecum ⁊ cum vnigenito meo. vn
de confirmauit viam atqz doctri/
nam quam ipsa mea veritas in mũ
do reliquerat ⁊ aperte docuerat. Et
ideo licet humana conuersatione di
scesserit a mundo: remansit ibi salu
berrima doctrina sua pariter ⁊ ve/
re virtutes que sunt velut viui la/
pides fundati ⁊ constructi super ip
sa doctrina sua que vobis est certis
sima via facta pro salute mundi ab
isto ponte glorioso. prius ipse cepe/
rit viam istam inchoare coruscanti
bus virtutibus dãdo vobis doctri/
nam istam exemplo ⁊ opere magis
q̃ verbo imo plus incepit opere fa
cere q̃z verbo docere. Doctrinaz hu
iusmodi clemẽtia sancti spiritus va
lide confirmauit: mentes discipulo

rum virtuose roborãdo vt ãnun/
tiarent atqz constantissime fateren
tur in vniuerso mũdo veritatem
⁊ viam istam doctrinã: vz yhu chri
sti filij mei publice mundum argu
endo d' suis iniusticijs atqz falsis iu
dicijs de quibus alias apertius ti/
bi pãdam. Ista vero volui tibi nar
rare ne forsitan in mẽtibus aliquo/
rum error valeat exoriri dicentiũ.
Apte fatemur qꝛ de yhu christi cor
pore factus est humano generi põs
ex vnione nature diuĩe cum huma
na: sed iste pons ascẽdit in celum di/
scedens a vobis. Ipse vobis erat ap
tissima via salutis efficacissime vos
docendo veritatem ⁊ omnes virtu/
tes verbo pariter ⁊ exemplo. Nunc
autem vbi possumus exemplum ĩ
tueri vel viam inuenire? Respõdeo
talibus. Lucidissima doctrina sua cõ
firmata fuit a spiritu sancto p apo
stolos: in sanguine declarata marti
rum innumerabilium: lumine san/
ctorum doctorum illuminata: quã
apertissime declarant ⁊ publice cõ/
fitentur. Ex hac etiam euangeliste
spiritu sancto repleti vobis fidẽ ple
nissime faciunt etiam per publicuz
instrumentum. Omnes apertissi/
muz ⁊ acceptabile testimoniũ exhi/
bent in corpore mistico sancte mris
ecclesie christiane veritati veluti lu
cerna clarissima super candelabro
posita vt viam veritatis ostendant
que vere conducit ad vitam. Et illã
non solum verbo docuerunt imo p
experientiam in semetipsis apertis/
sime demonstrant. Itaqz quicunqz
voluerit vti ratiõe salubriter de ta

li veritate potest informari nisi vo/
luerit ab amore proprio damnabi.
liter excecari. Indubitanter ergo
noueris q veríssima sua doctria re
mansit in mundo veluti nauis tu/
tissima vt animas eruat a procelo/
so mari ꝛ incolumes adducat ad fe
licissimum portum eterne salutis.
Itaqꝫ prius humano generi feci põ
tem ex vnigenito filio meo actuali/
ter in mundo conuersando cum ho
minibus. postea vero ab actuali cõ
uersatione sublato remansit in mũ
do loco pontis via saluberrime do/
ctrine sue que doctrina condita est
a potentia mea cum sapientia dile/
ctissimi filij mei ꝛ cum clemẽtia san
cti spiritus. Potentia dat virtutem
omnibus imitantibus huiusmodi
viam: sapientia vero eis lumen in/
fundit ad agnoscendam veritatem
ꝛ amor infunditur a spiritu sancto
qui penitus aufert ab anima pro/
prium amorem sensitiuum ꝛ solum
libertate. Cũ hac ergo libertate potestis voluntatem ipsam inclinare seu refrenare iuxta libitum vestrũ. Et ista gratiose cõcessi vobis velut inexpugnabilem armaturã. Quãdo vero sponte peccatum acceptatis armaturam vestrã in manu diaboli ponitis: et iste gladius ẽ cũ quo vos percutit et occidit. Si vero gladius iste voluntatis in manu diaboli nõ exhibetur: voluntarie vz acceptando temptationes atq molestias eius: homo nunq̃ offendetur ab aliqua peccati mortalis occasione cuiuscunq temptationis vel molestie proueniens vndecunq: imo fortificabitur inde si oculũ intellectus apperuerit ad videndam et intelligendam caritatem meam vere paternam que permittit huiusmodi temptationes solũ vt homines in se virtutes acquirant et in eis experiantur. Ad virtutes vero non puenitur nisi mediante cognitione proprie fragilitatis atq mee bonitatis et ista cognitio perfecti⁹ acquiritur tempore temptationis q̃ tempore consolationis et quietis: quia tunc aperte cognoscit se per se non esse: quia se liberare non valet ab illis molestiis quas vtiq vitare vellet et illis omnino carere: me vero cognoscit in voluntate sua que fortificatur a bonitate mea quare non acquiescit illis molestiis atq temptationibus: et quia prudenter aduertit q ego concedo sibi propter vtilitatem eius ex caritate mea: diabolus.n. infirmus ẽ et omnino nihil agere potest nisi quãtum ego sibi concedo. hoc autem ei concedo non ex odio vestri: sed ex caritate paterna sicut iaz dixi: non vt in bello huiusmodi succumbatis: sz vt in bello tali triumphũ obtineatis et vt ex inde veniatis ad veram cognitionem vestri atq mee bonitatis et vt virtus experientia probetur que proculdubio non probatur nisi per oppositum eius. Ergo diligenter attende quia demones esse constitui et ordinaui ministros meos vt impios atq reprobos in iferno cruciẽt et in mundo temptationibus atq molestiis electos exerceant: vt virtutes in anima probentur: q̃uis intentio diaboli non sit: vt virtus ĩ vobis augeatur siue probetur: quia caritate priuatus est: imo iuxta posse laborat vt omni virtute priuemini: hoc autem agere nullo modo potest nisi velitis ei consentire. Nunc videre potes hominis amentiã qui vult esse debilis: vbi factus ẽ a mea bonitate fortis atq robustus: et ipsemet voluntarie se ponit in manib⁹ inimici sui crudelissimi qui quotidie querit anime sue mortem eternam. Unde volo te nosce q ex quo sponte reprobi se demoniace seruituti subiecerunt in vita: post modũ in extremitate mortis existentes ipsi sub huiusmodi crudeli dominio nõ expectant aliud iudicium a me: sed ipsimet sui iudices existunt a consciẽtia compellente. Quare veluti desperati festinãt ad eterna supplitia. Et anteq̃ ingrediantur infernum ĩ extremitate mortis illum amplectuntur cum odio cuiuslibet virtutis et cum demonibus quos in domi

nos elegerunt pro pretio suorũ operum habent infernum: sicut econuerso iusti ꝛ electi mei postq̃ imperfecta virtute vixerunt ad mortis extremitatẽ adducti: vera caritate succensi cum oculo perfecte fidei: cum firma spe fructiferi sanguinis agni: vz vnigeniti filij mei vident illud eternum premium eis a me preparatum ꝛ cum vere dilectionis brachijs amplectunt astringẽtes amoris amplexibus me summũ ꝛ eternum bonum in hac extremitate: sic q̃ vitam eternam affectuose degustant anteq̃ egrediantur a corpore mortali. Alij vero qui vitaz in quadam duxerunt caritate cõmuni ꝛ ñ in tanta perfectione venientes ad vltimum vite misericordiam meaz amplectuntur cum eodem lumine fidei atq̃ spei prout habuerunt illi perfecti sed imperfecte. Qui licet imperfecti fuerint astrinxerunt: tamẽ affectuose misericordiam meam existimantes ꝛ intelligentes valde maiorem esse diuinam misericordiam omnibus offensionibus eorũ. Peccatores autem iniqui faciunt oppositum q: cum in remediabili desperatione ꝛ odio crudeli vident ꝛ amplectuntur locum sue damnationis vt iam diri. Itaq̃ nec electi: neq̃ reprobi ꝑstolant iudicari sed in egressu a corpore quilibet videt ꝛ intelligit ꝛ quasi possidet ei locum assignatum etiam anteq̃ a corpore fuerit anima separata. Nam anime damnatorum egrediuntur cum odio atq̃ desperatione. perfectorũ vero cũ amore ꝛ lumine fidei ꝛ cũ vera spe sanguinis agni: imperfectorum autem cum misericordia ꝛ cum eadẽ fide perueniunt ad purgatorium.

Quomodo diabolus homines decipit sub alicuius boni colore.
Capi.xliiij.

Dixi tibi diabolum ad aquaz mortuam homines inuitare vz ad illam quaz ipse pro se possidet illos excecando cũ delitijs atq̃ mũdi statibus: ꝛ cum decipula vel hamo terrene delectationis eos incautissime capit sub colore boni. Nam aliter eos capere non posset nisi viderent: vel iudicarent inuenire bonum aliquod proprium vel aliquaz delectationem procuidubio se capi nullo modo permitterent. Naturaliter. n. anima quottidie bonum habere desiderat. Sed anima propter amorem proprium excecata non intelligit nec cognoscit vbi siue quod ẽ verum ꝛ appetibile bonum quod anime prosit ꝛ corpori. Et ideo diabolus astutus ꝛ iniquus attendẽs animam excecatam ab amore proprio sensitiuo sibi proponit varias delectationes cum aliqua bonitate vel vtilitate coloratas vnicuiq̃ sm gradum eius ꝛ secundum vitia principalia in quibus viderit aliquem irretitum vel inclinatum. Aliud. n. anteponit vni seculari ꝛ aliud vni religioso. Aliud in prelatura positis ꝛ aliud in sublimitate secularis dominij collocatis ꝛ ita d ceteris. Ista tibi narraui: q: tibi dicã de his qui per fluuium ambulãtes in eo se sub

mergunt. Imprudentissime proce/
dunt nullum omnino respectuʒ ha
bentes nisi solum ad semetipsos cuʒ
iniquo amore ꝓprio meas offensio/
nes vilipendendo quorum eritum
in parte narraui. Nunc auteʒ aper
te tibi monstrare volo quomodo se/
metipsos in veritate decipiunt: q;
volentes effugere penas incidunt i
penas: q; videtur eis ꝙ labor exces
siuus esset eis i seruitio meo: vʒ am/
bulando per pontem a dilectissimo
filio meo fabricatum ⁊ ideo se sub/
trahūt a parua spina territi: hoc ac
cidit eis: q; sunt excecati penitus: ⁊
ideo nō vident veritatem nec agno
scunt illam. Sicut in principio vite
tue monstraui tibi quando me ro/
gabas vt ego misericordiam orbi fa
cerem homines extrahendo de tene
brosis peccatis eorum. Nosti ꝙ ostē
di me tibi sub figura cuiusdaʒ arbo
ris cuius non videbas principium:
neqꝫ finem nisi ꝙ videbas radicem
terre vnitam: ⁊ hoc innuebat vnio/
nem nature diuine cuʒ humana ve
stra natura. Iuxta stipitem arboris
videbas aliquas vepres paruas q̄/
rum horrore siue terrore cuncti pro
prie sensualitatis amatores elonga/
bantur atqꝫ recusabant arbori pro/
pinquare currentes ad quendam
monticulum corticis frumenti siue
quisquiliaruʒ. In quo declaraui te
ꝙ omnia mūdi delectamenta signi
ficabantur. Ille frumenti cortices
apparebant esse frumentuʒ ⁊ tamē
non erant. Quare videbas animas
illuc euntes ibi fame perire. Mul/
te vero cognoscentes mūdi fraudes
atqꝫ defectuʒ indilate redibant ad
arborē transeundo spinas ⁊ vepres
illas: vʒ deliberationem volūtatis.
Que deliberatio priusq̄ꝫ fiat vide/
tur esse vna spina pungens in sequē
do viaʒ veritatis ⁊ salutis: quia pu
gna quedam exercetur inter consci
entiam atqꝫ sensualitatem. Sʒ quā/
do cū odio sancto ⁊ displicentia sue
sensualitatis virili corde deliberat
dicens. ego volo sequi yesuʒ christū
crucifixum: vepres siue spinas illi/
co calcat illesus ⁊ inuenit admirabi
lem indilate dulcedinem prout illo
tempore tibi monstraui tamen am/
plius vel minus iuxta dispositionē
atqꝫ solicitudineʒ ipsorum. Et vt iā
dixi tibi ego sum deus vester immo
bilis neqꝫ mutor nec ab aliquo qui
velit ad me venire me subtraho sed
omnibus ostendi veritatem: natu/
ram diuinam inuisibilem ordinan/
do visibilem. Etiam eis ostēdi quid
est aliquid amare sine me. Sed ipsi
velut excecati penitus a nube amo
ris proprij inordinati neqꝫ me neqꝫ
se cognoscunt. Uides aperte quan/
tum se decipiunt: quia potius vo/
lunt fame perire q̄ꝫ paucas vepres
pertransire. Nemo quippe potest
absqꝫ pena in presenti vita stare ne
mo sine cruce pertransit exceptis il
lis qui per viam superiorē vadunt.
Non tamen euadunt omnem pe/
nam: sed huiusmodi penā existimāt
sibi fore refrigerium. Et quia pro/
pter peccatum ade mundus huma
no generi spinas atqꝫ tribulos ger/
minauit ⁊ iste procellosus fluui[9] ve/
luti quoddam inquietum mare pro

riculose fuerit ideo vobis ordinaui pontem de quo tibi dixi ne periretis in ipso flumine. Nunc videre potuisti qualiter ipsi se decipiunt cum inordinato timore: et quia sum deus vester qui non mutor neq; sum personarum acceptor: imo virtutis atq; sancti desiderij. Hoc autem vidisti precipue in illius arboris et congrua figura.

Ostenditur qui sunt illi quibus minime nocēt spine quas mundus per peccatū germinauit. Capi. xlv.

Nunc vero tibi monstrare decreui qui sunt illi quibus vepres et spine quas propter peccatuz iste mundus germinauit inferunt damnum et quibus non. Et q2 iam tibi monstraui damnationem ipsorum vna cum bonitate mea et etiaz vidisti qualiter ipsi decipiuntur a propria sensualitate sua nunc attēde diligenter q ipsi solum offendūtur ab huiusmodi spinis. Nemo viuens in mundo pertransire pōt absq; pena corporali siue mentali. Laborem quippe corporalem etiaz electi mei tollerant eorum vero mens est omnino libera: quia non habet afflictionem de labore siue quacunq; pena pro eo q eorum voluntas i omnibus est conformis et vnita voluntati mee que voluntas ē illa res vnde pcedit afflictio siue pena. hec n. affligitur homo vel habendo qd habere nollet: vel non habendo qd habere vellet. Ablata vero voluntate propria pacifice quiescit. Igitur isti discordes a voluntate mea sunt illi qui corporaliter atq; mentaliter affliguntur. Naz et i mūdo viuētes arram īferni degustāt sicut ecōuerso serui mei gustāt arrā eterne vite. Unde noueris q valde singulare bonū beatoꝝ ē hēc volūtatē plenā oīuz q desiderāt. Ipsi cupiūt hēre me: cupiētes ꝗo me gustāt fruunt atq; possidēt absq; rebellione quacūq;: quia deposuerunt in morte corporis grauedinem atq; molestiam: vnde sentiebāt impugnationem atq; belluz contra spiritum. Corpus. n. erat eis obstaculuz ne perfecte cognoscerēt veritatem et impediebat eos ne me facie ad faciē videre possent. Postq aūt anima deposuit onus corporis voluntas ē omnino plena: q2 desiderantes videre me quottidie me vidēt in qua visione felicissima beatitudo vestra ꝯsistit. Uidētes agnoscunt et agnoscētes amāt et amantes gustāt me summū et eternū bonum i quo gustu satiat cū plena refectiōe volūtas eoꝝ. i. desideriū qd hūt vidēdi et agnoscēdi me: q2 desiderātes hūt et hn̄do desiderāt. Et vt iā dixi ꝓcul ē ab oī pena tale desideriuz et oē fastidiū a tali sacietate remotū. Ita q serui mei ꝑncipaliter btītudie gloriosa ꝑfruunt vidēdo: cognoscendo et amādo me: q quidē visio replet eorū voluntatē habēdo quicquid optat et ita satiata quottidie reperitur. Et ideo tibi dixi q vitam eternam gustare precipue cōsistit i hoc vt voluntas habeat oē quod optat Noueris tamen, q ipsa solummodo videndo cognoscendo et amādo

me satiatur vt iam viri. Etiam igitur in hac vita presenti gustat araz eterne vite gustādo illud de quo postea satiatur. Gustatur autem hec arra vite durabilis in presenti tempore bonitatem meam in se videndo z in agnoscendo veritatem meā. Istā vero noticiam habet intellectus illuminatus in me qui est oculus anime. Hic autem oculus pupillaz habet alme christiane fidei: z lumen huiusmodi fidei facit agnoscere pariter z imitari viam atqz doctrinaz veritatis: vz īcarnati verbi dilectissimi filij mei. Nullus.n.absqz pupilla fidei christiane videre potest nisi sicut homo qui formam habet oculi sed pupillam que videre facit hominem habet vno paniculo coopertā. Sic oculus intellectus loco pupille fidem habere debet: super qua si pānus infidelitatis ortum habens ab amore proprio superponatur recte videre non potest. Formam habet oculi sed minime lumen qz semetipsum illo priuauit. Itaqz vides qz serui mei videndo cognoscunt z agnoscendo diligunt z amando perdunt voluntatem omnem propriam z abnegant. Priuati vero voluntate propria subito voluntatem meam induunt que non querit z optat nisi sanctificationem vestram. Et indilate retrocedunt ab inferiori via pontē ascendētes vepresqz virili corde calcantes illesi pertranseunt absqz nocumento quocunqz qz pedes affectus eorum voluntate mea calciati sunt z valde muniti. Et ideo viri tibi qz ipsi penam habebant corporaliter: sed nō mentaliter qz sensitiua voluntas in eis omnino mortua fuerat que penam infert atqz mentem hominis affligit. Ablata voluntate propria subito pena fugatur ab homine. quare tollerant omnia cum affectuosa reuerentia reputātes ad gratiam singularem amore mei cruciari nec optant aliquid nisi quod ego volo. Unde si eos vexari pmitto multis z varijs diabolicis temptationibus vt in virtute probentur: ipsi cum voluntate firma resistunt quam in me fortificatam habent z cum humilitate profunda se reputant indignos omni quiete: sz afflictione dignos. Et ita cuz sancto gaudio pertranseunt z cuz vera cognitione sui vitando penam omnē afflictiuam. Si vero permitto qz homines eos persequantur: vel eis volo concedere corporalem egritudinem vel inopiam temporalium: vel vt a statu suo deijciantur in mundo vel eis auferre filios vel alias creaturas quas affectuose diligunt. que quidem omnia spine videntur z vepres quas post peccatum ade terra germinauit: omnia cum lumine rationis atqz fidei sancte patientissime tollerant: attendentes qz summa sum bonitas: neqz velle possum nisi quod bonum est z intuitu boni concedo totum amore paterno motus z non ex odio. Postqz autem in me perfectum amorem agnouerūt ad semetipsos oculum vertunt defectus proprios vere cognoscentes. Et cuz lumine fidei cognoscunt apte qz nullum bonum erit absqz pre/

mio ⁊ omnis culpa sine dubio pũic/
tur. Diligenter ẽt attendunt ꝙ om
nis culpa quantumcunqꝫ leuis ap/
pareat esset ĩfinita pena digna:quo
niam est contra me perpetrata qui
sum bonum infinitum. Et acceptãt
a me pro singulari gratia ꝙ in vita
presenti eis velim iniungere penitẽ
tiam atqꝫ disciplinam eo ꝙ tempus
est finitum ⁊ breue. Igitur isto mo/
do ⁊ contritione cordis pro suo pec/
cato satisfaciunt ⁊ cum perfecta pa
tientia meritum acquirunt: eorum
vero labores a me postea remunerã
tur eterno premio. Etiam aperte co
gnoscũt ꝙ omnis labor vite presen/
tis est valde breuis ex breuitate tẽ/
poris. Tempus vero quod habetis
est vnus punctus: vꝫ presens istans
q2 preterito caretis nec futuruꝫ ha
betis Ergo deficiẽte vobis tempo/
re pariter ⁊ omni pẽa caretis ⁊ ita
quelibet pena in vita presenti bre/
uis est. Ipsi tollerant omnia paciẽ/
tissime calcantes huiusmodi spinas
illesi: q2 non̄ offenduntur neqꝫ tan/
guntur ab eis eo ꝙ ipsorum cor alie
num est ab eis amore sensitiuo con/
tempto ⁊ vnitum est in me per affe/
ctum vere caritatis. Ergo manife/
ste patet ꝙ isti gustant arram eter/
ne vite dum etiam in mortali cor/
pore viuunt. Stantes in aqua non
madesiũt nec aliquo modo balneã/
tur per vepres atqꝫ spinas acutissi/
mas illesi pertranseunt nullum ac/
culeum inde sentientes: q2 nouerũt
me summum bonum ibi perquiren
tes vbi reperire potuerunt: vꝫ in
vnigenito filio meo.

De malis procedentibus ex cecidi
tate intellectualis oculi ⁊ ꝙ bona
facta in peccato mortali non valẽt
ad vitam eternam. Capi. xlvi.

HOc vtiqꝫ tibi declarandũ du
xi vt apertius agnoscas qua/
liter isti gustant arram inferni quo
rum audisti deceptionem erroneã.
Modo vero subiungam: vnde pro/
cedit hͤ erronea deceptio ⁊ qualiter
arram inferni gustant. Hoc autem
accidit eis quoniam oculum intelle
ctus habent excecatum cum infide
litate quam ab amore proprio tra/
xerunt: q2 sicut omnis veritas acqui
ritur ab homine cum lumine vere
fidei: sic econuerso mendatium atqꝫ
deceptio cum infidelitate conqui/
runtur: de illorum infidelitate lo/
quendo qui sanctum baptisma rece
perũt in quo pupilla fidei fuit ocu/
lo intellectus imissa. Qui tempore
discretionis adueniente si se postmo
dum in virtutibus exerceant ipsuꝫ
fidei lumen in anima sua conseruãt
⁊ exinde virtutes viuas atqꝫ reales
operãtur in proximo fructifere pa/
riendo. Sicut accidit in mulierẽ que
parit infantem viuum quem ita vi
uentẽ iocundo corde spõso repñtat:
ita faciũt isti qui virtutes viuas mi
hi representant qui sum anime spõ/
sus. Cuius oppositũ isti miseri faci
unt. Adueniente nanqꝫ tempore di
scretionis vbi deberent exercere lu
men vere fidei virtutes cũ vita gra
tie pariendo ⁊ ipsi pariunt eas om/
nino mortuas. Mortue quippe sunt
eo ꝙ ipsorum opera facta sunt ĩ pec/

cato mortali:qr priuati sunt ipso lu-
mine fidei. Habent vtiqꝫ sancti ba-
ptismi formam:sed minime lumen
quo priuati sunt:qr nubes peccato-
rum amore proprio patratorū ocu-
li pupillam:vnde virtuose videbāt
operuit. His qui fidē absqꝫ virtuo-
sis operibus habent apertissime di-
citur:qr fides eorū est omnino mor-
tua. Unde sicut ille qui mortuus ē
videre nequit ita nec oculus habēs
pupillam opertam non videt neqꝫ
cognoscit semetipsum:neqꝫ suos de-
fectus:neqꝫ bonitatem meam a qua
suum habuit esse et omnem gratiā
fūdatam super esse. Et:qr non agno-
scit me:neqꝫ se non odit in se propri-
am sensualitatem:sed inordinate di-
ligit eam querēdo quottidie suo ap-
petitui satisfacere:sicqꝫ pariter om-
nes filios mortuos:vꝫ multa pecca-
ta mortalia cōmittendo. Me quoqꝫ
non amat: et ita me non amando:
nec etiā illud quod ego diligo dili-
git:vꝫ proximū eius. Neqꝫ delecta-
tur operari que mihi grata sunt et
accepta:vꝫ veras atqꝫ reales virtu-
tutes de quibus habeo complacen-
tiam illas in vobis videndo non ex
vtilitate mea: qr mihi nullo modo
prodesse potestis:qr sū deus vester
et non indigeo bonorum vestrorum
Omnia namqꝫ creata sunt a me so-
lum excepto peccato: qr nihil ē. Et
animam gratia priuando se reppe-
rit quoqꝫ esse me priuatam qui sum
omne bonum. Itaqꝫ propter vtilita-
tem vestram virtutes mihi placent
in vobis:vt inueniā:vnde vos eter-
no pmio remunerare valeam in me

vita durabili. Uides ergo fidē isto-
rum esse mortuam: qr non habent
opera:nam opera que faciunt: licet
in se bona sint non tamen eis valēt
ad vitam eternā:qr vita gratie pri-
uata sunt. Nihilominus operari bo-
num etiam absqꝫ gratia nunq̄ inter-
mitti debet qm̄ omne bonū a me re-
munerabitur:vt etiam omnis cul-
pa tempore suo punietur. Bonum
qd homines operantur in statu gra-
tie:vꝫ absqꝫ peccato mortali valet
ad vitam eternam acquirendam:il-
lud vero quod operantur in culpa
mortali proculdubio non valet ad
vitam eternam tamen a me diuersi-
mode remuneratur. Nam aliquan-
do prestolor eos gratiose tempus cō-
modando:vt emēdare valeant: vel
eos in corde aliquorū seruorū meo-
rum imprimo vt pro illis humiles
atqꝫ continuas orationes in conspe-
ctu meo fundant quibus interueni-
entibus a me gratiā obtineant: vt
a suis iniquitatibus egrediantur.
Quando vero non acceptant grati-
am huiusmodi cōmodati temporis
nec etiam fructum illarum oratio-
num: aliquando remunero tales in
habundantia rerum temporalium
Et his accidit sicut vitulo siue por-
co qui satis impinguatur:vt ad ma-
cellum postea congruentius addu-
catur. Ita continget istis qui quot-
tidie recalcitrauerūt volūtati mee:
tamen aliqua bona faciunt non in
statu gratie:sed in peccato mortali
nec acceptare voluerunt gratiā cō-
cessi temporis:nec oratiōes pro eis
effusas:nec alios modos quibus eos

gratiose vocaui multotiens: vt opera sua bona facerent in statu gratie veluti reprobi nisi se correxerint vltimo punientur eterno supplicio. Interim vero mea bonitas pro partius illis bonis que fecerunt in tali statu remunerat eos i tali minima compensatione: vz diuitiarum huiusmodi temporalium. Itaqz valde decepti sunt. Quis eos decepit: Ipsimet q2 sponte lumine viue fidei se priuauerũt. Et veluti excecati palpantes inherent solum his que tangunt. Et ideo nihil vident nisi oculo tenebroso. q2 posuerunt affectum suum solum in his trãsitorijs ɀ ideo decepti sunt. Ipsi directe faciunt veluti stulti qui respiciunt ɀ vident aurum solummodo: sed minime venenum quod ibi latet ɀ occidit icatos. Unde noueris q̧ ista mũdana cuz oblectamentis eorum quantumcunqz grata videãtur absqz me possessa vel acquisita: sed cum amore proprio ɀ inordinato directe portant ɀ habent in se scorpionum effigiem ɀ figuram vt in pricipio vite tue pꝰ illam arboris figuram: ego tibi mõstraui dicens q̧ ante se portabãt aurum post tergum autem venenum. Neqz venenum erat absqz auro neqz aurum absqz veneno. Aurum tamen erat in aspectu primo: nec aliquis homo se tueri poterat a veneno: nisi tantum illi qui erant illuminati lumine vere fidei.

Quomodo precepta seruari non possunt nisi seruentur etiam cõsilia equaliter in omni statu deus acceptat bonam hominis voluntatem. Capi. xlvij.

Iam tibi dixi q̧ isti sic illuminati cuz gladio bicipiti: vz cũ odio vitiorum ɀ amore virtutum ĩ tuitu mee dilectionis a se precidebãt venenuz proprie sensualitatis ɀ voluntatis. Et cum lumine rationis acquirebant: possidebant atqz tenebant aurum in his temporalibus. s. qui retinere ea volebãt. Qui vero magna volebant vti perfectione mẽtaliter ɀ actualiter omnia cõtemnebant. Isti sunt omnes illi qui consilium perfectionis a mea veritate traditum actualiter obseruãt. Alij vero qui possident hec exteriora sunt illi qui precepta quidem obseruant actualiter consilia vero mẽtaliter: sed non actualiter obseruãt. Et quia consilia ligata sunt ɀ connexa cum preceptis ideo nemo potest obseruare precepta quin etiam consilia seruet: non actualiter: sed mentaliter. vz huiusmodi possidendo diuitias cum humilitate ñon cuz elata superbia possidendo non tanq̧ proprias: imo tanq̧ a mea bonitate sibi cõmodatas ad vsum vt in veritate sic est. Unde tantum habetis q̧tum ego vobis impendo ɀ etiam tãto tempore relinquo vobis quantum video vestre saluti conuenire. Et isto modo vos vti debetis: ɀ ita quisquis mãdatũ obseruat: vz amãdo me super omnia ɀ proximum tã q̧ semetipsum: viuit cum libertate cordis ɀ eas ex affectu contemnit ɀ vilipendit: ac licet actualiter

eas possideat tñ volũtati mee nullo modo contradicit. Obseruant quoq; consilium ex affectu mentis. quẽ a se preciderunt venenum amoris ĩordinati. Tales in cõmuni caritate morant̃. Illi vero qui seruãt actualiter atq; mentaliter precepta pariter ⁊ consilia sunt in statu perfecte caritatis. Et cum vera simplicitate seruant veritatis mee: vz yesu christi consilium exhibitum iuueni petenti quid agere deberet: vt vitam eternaz obtinere posset. qui audiuit obserua mandata. Quo respondente: ita iam feci ei veritas ait. Si vis esse perfectus vende quecunq; possides ⁊ da pauperibus. Iuuẽis vero contristatus est. qꝛ diuitias adhuc amore nimio possidebat: ideo cõtristatus est. Sed isti perfecti consilia realiter obseruant: mundum ⁊ omnes diuitias eiꝰ affectuose relinquẽtes: macerando corpus cum abstinentia: vigilia ⁊ oratione continua. Illi vero qui viuunt in caritate cõmuni non relinquendo diuitias eorum actualiter non priuant̃ ex hoc eterna vita: qꝛ non obligant̃ ad hoc ex precepto: sed si volunt eas habẽdo possidere faciant: vt iam dixi. Nec offendunt illo modo tenendo: quoniã omnia bona sunt a me creata qui sum eterna ⁊ summa bonitas in obsequium creaturarum mearũ que rationem habent ⁊ non vt ipse delicijs mundi seruiant. Et si placet illas habendo possidere non optantes ascendere huiusmodi gradum perfectionis habeant atq; teneant nõ tanq; domini sz tanq; serui mei desiderium eorum mihi debent offerre cetera vero possidendo tenẽre nõ tanq; propria sed velud a me cõmodata. Ego vero non accepto personas vel personarum statum: imo sancta desideria. In omni statu quẽ homines eligere volunt habẽdo sanctam voluntatem accepto gratãter ⁊ in eis habeo complacentiaz. Omnes ergo qui venenum amoris inordinati preciderunt a vitijs cũ odio sancto proprie sensualitatis ⁊ amore virtutis ordiate possunt illas habere. Insuper ablato veneno voluntatis inordinate postq; illaz ordinauerit cum vera dilectione atq; sancto timore mei potest eligere quilibet cum sancta fiducia statum amplius ei gratum ⁊ vbiq; lucrari potest vitam eternam fauente gratia mea: quamuis indubitanter est maioris perfectionis atq; mihi magis acceptum amore mei mentaliter ⁊ actualiter omnia mundana relinquere. Qui vero nequit hanc attingere perfectionem fragilitate propria contradicente potest vnusquisq; stare iuxta gradum suum in predicta caritate cõmuni. Et hoc ordinauit affectuosa caritas mea paterna vt nullus in quocunq; statu fuerit excusare se legitime propter peccatum valeat vllo modo. Quia vere nullam excusationem homo potest inuenire legitimam: vel etiam apparentem. Valde nanq; gratiose condescẽdi fragilitati ⁊ imbecillitati sue taliter qꝛ ille qui vult in seculo viuere possit in statu salutis esse etiam possidẽdo diuitias: tenere vo-

minū statum: vxorem: ducere: filios procreare: laborando victum acquirere. Postremo quilibet eē potest in illo statu quem eligere voluerit: dum tamen vere precidere studeat a se venenum proprie sensualitatis ⁊ voluntatis que conducit indubitanter ad mortem eternā. Et vere venenum est: qꝛ sicut venenum inficit hominem in corpore: tandem inferrendo sibi mortem nisi vomerē se stinet siue salubrem aliquam assumpserit medicinam: ita venenum huiusmodi scorpionis deliciarum mūdi venenat ⁊ inficit animam inferēdo sibi postea mortem nisi per confessionem sanctam euomat illud extrahendo virtuose cordialem affectū. Et hec est vna saluberrima medicina que liberat hominem a veneno peccati: licet amara videatur misere proprie sensualitati. Pestiferum atqꝫ mortiferū venenum attendere debes non consistere in rebus creatis quoniā in se bone sunt ⁊ vt iam dixi create sunt a me qui sum eterna bonitas: sed intelligo de peruersitate voluntatis hominis q̄ bonis gratiose concessis in mortem propriā abutitur. Videas ergo quomodo sūt huiusmodi miserabili modo decepti: quia possunt habere me per gratiam vitando tristitiam omnem ⁊ habere sanctum gaudium atqꝫ consolationē ⁊ ipsi potius eligūt habere malum sub colore boni. Cupiunt ⁊ habent aurum insatiabiliter amore nimis inordinato. Et quia sunt excecati cum infidelitate sua: non vident neqꝫ agnoscunt venenum. Se venenatos esse conspiciūt ⁊ ex infideli cecitate sua negligunt aliquod assumere remedium: Ipsi profecto crucē diaboli portant arrā inferni in presenti vita gustantes.

Quomodo serui mundi quāuis multa possideant ipsi tamen saturari nequeunt. Et de pena quam peruersa voluntas eis exhibet.

Capi. xlviij.

DIxi iam tibi qꝛ sola volūtas hominem affligebat ⁊ q̄ serui mei quia voluntate propria priuati sunt illam abnegando ⁊ induerunt voluntatem meam ideo non habent neqꝫ sentiunt aliquam penam afflictiuam: imo quottidie cōsolati me per gratiā habent in animabus eorū. Qui vero gratia mea priuati sunt non possunt in aliquo satiari siue consolari licet vniuerso mūdo dominarentur pro eo q̄ omnia que sunt in mūdo minora sunt homine: qꝛ creata sunt propter hominē ⁊ non homo propter illa ⁊ idcirco non possunt ab illis habere sacietatem. Solus ergo ego deus eternus cum ineffabili sacietate quietare possum. Vnde miserabiles isti sic excecati quottidie laborādo fatigātur ⁊ nunqꝫ habere sacietatem vllo modo valent optantes ea que non inuenient vnqꝫ: qꝛ non exposcūt a me qui plenissime possū adimplere desideria sua. Vis audire qualiter affliguntur. Tu nosti q̄ amor affligit homines. quando perdunt ea cum quibus erant affectuose cōformati.

Isti conformati sunt in terra diuersimode per inordinatum amorem et ideo terra sunt effecti sunt terreni. Aliqui se conformant cum diuitijs Quidam cum temporali statu suo cum filijs. Aliqui me perdunt vt obediant alicui creature: alij faciunt vt animalia irrationabilia, corpora sua fedantes in immunditia detestabili. Et ita diuersimode se miserabiliter de terra nutriunt. Vellent ista fore mansura cuius oppositum experientia quottidie docet: quia vel his que diligunt auferuntur ipsi morte mediante: vel ex mea dispensatione res auferuntur ab eis et ipsis omnino priuantur. Unde iugiter affliguntur intollerabili pena et illa cum tanto dolore perdunt cum quanto amore inordinato possidebant. Si possedissent ea tanquam a mea bonitate commodata et non tanquam propria non habuissent in tali priuatione penam. Affliguntur igitur iuste: quia non obtinent ea que desiderant a mundo a quo proculdubio satiari nullo modo possunt: vnde penam habent veluti vacui atque famelici. Quot penas habent iniqui viuentes a stimulo conscientie: Qualiter affligitur ille qui vindictam appetit. Quottidie namque tabescit et afflictione consumitur et ante semetipsum occidit: videlicet animam quam inimico nocuerit: vel in minimo: gladius autem odij suam iam occidit animam Quantum affligitur auarus qui sibi subtrahit ex auaritia que sunt vite sue necessaria. Quantum affligitur inuidus cuius anima semper amaricatur ex omni felicitate proximi sui. Tales ex omnibus que sic inordinate diligunt extra me semper habent afflictionem atque miseriam. Et ita cruce diabolica quottidie tormentantur et etiam in vita presenti gustant et habent arram inferni. Corpus etiam ipsorum ex hoc aliquando grauiter infirmatur et nisi se corrigant incurrunt dominis vtriusque mortem eternam. Igitur isti sunt quos vepres atque spine multarum angustiarum offendunt. Ipsi namque semetipsos affligunt cum detestabili et inordinata voluntate propria. Ipsi merito cruciantur intus et extra. videlicet in anima simul et corpore cum penoso tormento viuentes absque merito quocunque: quoniam in tribulatione sua fuerunt impatientes: aurum atque delitias vite presentis inordinate diligentes gratia mea priuati atque caritatis affectu mortis arbores effecti sunt: et ideo ipsorum opera mortua sunt amaritudine plena. Sponte vadunt per fluuium in quo suffocantur et ita perueniunt ad aquam mortuam cum odio transeuntes per ianuam demonij et sic eterna damnatione merito puniuntur. Nunc ergo vidisti quomodo semetipsos isti miseri decipiunt et cum quanta pena lucrantur infernum: quia sponte se fecerunt martires diaboli. Vidisti quoque quid est illud quod eos excecat: videlicet obscura nubes amoris proprij super pupilla luminis vere fidei collocata. Item attendere potuisti qualiter amici mei corporaliter a mundi tribulationibus atque persecutionibus offendun

tur: sed non mentaliter: qz sunt con formati voluntati mee: quia valde contentātur amore mei penas quas qz sustinere: cōsiderantes illas a me concessas qui salutem ipsorum affectuose desidero. Serui vero mundi multipliciter affligūtur intus z extra. Singulariter autem intus a timore perdendi que possident ac etiam ab amore proprio z inordinato desiderādo que nullo modo possunt obtinere. Alios vero labores afflictiuos qui post hos duos principales eis occurrendo subsequnnt lingua tua non est enarrare sufficiens. Itaqz cernis aperte qz etiam in mundo valde melius est iustis amicis meis qz iniustis atqz reprobis quorum vitam atqz terminum occultata fide vidisti.

Quomodo timor seruilis non sufficit ad eternam vitam obtinendā: sed cuz exercit.o timoris huius pervenietur ad amorem virtutum.
Capitulum. xl viij.

Etiam volo te nosce qz aliqui sunt stimulati frequēter a mūdi tribulationibus quas: ego concedo: vt anima cognoscat aperte finem suum in vita presenti non esse sed omnia temporalia transitoria: sunt atqz solummodo me diligat z optet habere qui sum optabilis filiis hominum: z ita debet intelligēdo cognoscere. Tales igitur incipiūt amouere nubem ab oculo fidei propter huiusmodi penas a quib⁹ opprimuntur z etiam pp̄ illā quam post culpam attendunt esse futurā. Et cum isto timore seruili egredi incipiunt a via fluminis ita procellosi venenum extra vomendo quod in cante susceperāt a scorpione sub auri figura: z inordinate sine modo ab codez acceptauerant. Hoc vero postea cognoscentes ab eo purgantur z ad ipsius fluuij ripam dirrigere gressus incipiunt vt ad pontem valeant applicare. Sed attende: quia nullo modo sufficit ambulare solum modo cum seruili timore: qz purgare domum a spurcitia peccati mortalis non implendo virtutibus eaz in amore fundatis z nō tm̄ in timore non sufficit ad vitā eternā. O portet ergo qz hos duos pedes appōat in primo gradu pontis: vz culpe displicentiam cum pene timore z virtutis amorem atqz desiderium. Hi sunt duo pedes qui baiulāt animaz in affectum mee veritatis: vz vnigeniti filij mei de quo vobis feci pontem. Iste primus est gradus quem ascendere debetis quannis iste quasi generalis modus est quem obseruant hoies a seculo recedētes: qz primo formidine pene mouenē qz amore virtutis atqz iustitie: qz veratiōnes z tribulationes quas a mundo sustinēt aliqn̄ faciunt hoies ex quodam angustioso tedio sibimetipsis importabiles: vnde sumunt valde displicentiam. Si autem exercebūt huiusmodi timorem virtuose cuz lumine fidei peruenient ad amorem virtutum. Sed aliqui sunt qui cuz tanto tēpore procedunt qz in eo sepe recidiuāt. Nam ex quo peruene-

runt ad fluuij ripam attēdentes at
q3 sentientes ventos eis contrarios
illiduntur ab vndis huius procello
si maris vite presentis. Si occurrat
eis ventus prosperitatis anteq3 ex
negligentia sua gradu3 primū ascē
derint: vz cum affectu suo z cū amo
re virtutis ipsi retrocedunt iterum
ad mundi delicias cum amore sicut
prius inordinato se conuertentes.
Et si tali ventus aduersitatis occur
rat ipse retrocedit ex impatientia:
q2 non odit culpam suam ex offensa
mihi facta: sed ex timore proprie pe
ne qua se considerat ex culpa sua fo
re puniendum. Cum isto nanq3 ti/
more seruili cum vomitu peccato/
ru3 inceperat a vita sua pristina re
surgerē: sed omnis virtus vult habe
re perseuerantiam. Quisquis vero
virtuose viuendo perseuerare non
curat peruenire non potest ad effe/
ctum sui desiderij: nec ad illum finē
propter quem incepit. Expedit er/
go perseuerare si peruenire deside/
rat. Dixi tibi q2 isti retrocedūt a bo
no proposito prout eis aliqui cōtra
rij motus occurrunt: vnde molesti/
am habeant: vel a semetipsis: vel a
sensualitate propria contra spiritu3
impugnante: vel ex parte creatura
rum: vz cum eas inordinate diligit
extra me siue cum impatienter por
tat iniuriam ab aliquo sibi factam
vel ex parte demonum cum eū va/
rijs temptationibus infestant. Eti/
am aliquando facta sua contemnē/
re videntur vt ad confusionem ad/
ducant homini dicentes. Ista bonā
que facere cepisti nihil omnino tibi
prosunt propter innumera peccata
tua. Et hec aduersarius ait vt homo
retrocedat z omittat agere bonum
illud exercitiu3 quod inchoauerat.
Et aliquando temptat homine3 ad
interitum adducere cum presum/
ptiōe misericordie mee dicēs. Qua
re vis tantum in hoc exercitio labo
rare. Gaudeas in vita presenti eu3
iocunditate postmodum in fine vi/
te tue poteris humiliter adeo mise/
ricordiam exposcere z indubitāter
obtinēbis. Et isto modo diabolus in/
xta posse conatur: vt ipsi perdant il
lum timorem cum quo ceperāt. His
igitur z alijs q3pluribus aduersan/
tibus z occurrentibus eis agiliter
retrocedunt eo q2 nō sunt in sancto
proposito constantes neq3 perseue/
rantes. Et hoc accidit eis eo q2 radix
amoris proprij non est ab eis auul/
sa prout expedit. Ideo non perseue
rant: imo valde presumūt vltra q3
debeāt de spe misericordie mee mul
tum inordinate non sicut oportet:
sed velut ignorantes atq3 presum/
ptuosi sperant in misericordia mea
quam iugiter offendunt. Ego non
offerrō misericordiam hominibus
vt ipsi cum ea me semper offendāt.
sed vt cum ea ipsi se tueri valeant a
malitia diaboli z ab inordinata cō
fusione mentis. Ipsi vero frequen/
tissime faciunt oppositum: q2 cum
brachio misericordie mee grauiter
offendunt. Et hoc eis accidit eo q2
mutationem primam virtuose non
exercuerunt: sed cum timore solum
modo pene necnon z a spina multa
rum angustiarum atq3 tribulatio/

nis impulsi surrexere a miseria mortalium offensarum. Unde se non aliter emendantes et exercentes non pervenirent ad amorem virtutū et ideo in perseuerantia defecerūt. Anima quippe stare non valet immobilis vt in vno statu. vnde necessarium ē ipsa procedere siue retrocedere ve lut nauicula que ducitur ꝯtra currentis fluuij decurrentis. Ita ꝙ isti ñ procedendo virtuose relinquentes imperfectiones huiusmodi timoris nec ad amorē festinantes oportet ꝙ omnino retrocedant.

Qualiter h̄ anima multū amaricata fuit ex illorum cecitate qui i flumine mergebantur. Capi.l.

Tunc hec anima cum ingenti desiderio anxia suaꝫ et aliquorum attendens imperfectionem afflictione magna cruciabatur in corde videndo pariter et audiendo tantam in homine cecitatem: attendēdo precipue ꝙ diuina bonitas obstacula cuncta que possent impedire salutem eius ab eo remouerat: et i quocunꝙ statu persistere vellet: inuenire gratiam dei poterat qua mediante cuncta redundabant in bonum et ad exercitium: experimentū ac augumentum virtutis. Et nihilominus his non obstantibus ipsa plurimos aspiciebat ex amore proprio et inordinato affectu voluntarie transire per flumen. Et qꝛ se nō emendabant videbat eos in ignem aperte precipitari. Aliqui tamē erāt ibi qui retrocedere festinabant ex causa quam audierat a dulcissima bonitate dei qui dignatꝰ fuerat: ita gratiose manifestare seipm̄ ei. Erat igitur ex his amaro corde. Firmauit insuper oculum intellectus i patrem eternum et ait. O amor ineffabilis et inextimabilis cuꝫ grandi cecitate creature tue se decipiunt. Sꝫ obsecro si bonitati tue placet ꝙ aptius exponere mihi digneris illos tres gradus in corpore dilectissimi filij tui significatos. Et qui modus est habendus ad exeundum ex toto de flumine ac etiaꝫ qui sunt illi qui scalam ascendunt.

Quomodo tres gradus in ponte figurati: vꝫ in filio dei significāt tres potentias anime. Capi.li.

O Anima vero bōitas oculo misericordie sue respiciens i illiꝰ anime desiderium ita famelicū ait. Amabilis atꝙ carissima filia nunꝙ̄ ego contemno: imo grataunter acceptō fcā desideria: qr̄e tibi declarabo petiisti. Tibi declarari posceis de figura trium graduum et ꝙ etiam tibi dicam qui modus teneri debet: vt exeūtes a flumine pōtem ascendere possitis. Et quamuis ego supra narrando tibi cecitatem hominum et vnde procedebat eorū vitanda deceptio et quomodo velut martires demonum: in vita presenti arram inferni gustabant: post modum vero percipiebant eternā damnationem in fructum operationum iniquarum. Illo tunc expsi tibi modum quem ipsi tenere de-

debant: nunc autem apertius ostendaz tuo desiderio satisfaciendo. Tu nosti q omnia mala fundata sunt i amore proprio z inordinato z inde trahunt originem qui amor est velut vna obscura nubes que priuat hominem lumine rationis: que ratio ptinet in se lumen vere fidei: nec vnum ãmittitur absqz reliquo. Animam ego creaui ad imaginem z similitudinem meam exhibendo sibi memoriam intellectum z voluntatez. Intellectus vero nobilior pars est anime. Intellectus ipse mouetur ab affectu: itellectus vero nutrit affectum. Manus autem amoris: vz affectus implet memoriam beneficiorum a me gratiose sibi concessoruz: ita vt iugiter in me delectetur. Quorum affectuosa memoria facit eum sollicitum atqz gratum z omnino vitare facit hominem esse negligentem z ingratum. Per hunc ergo modum vna potentia contribuit alteri: z ita nutritur anima semper in vita gratie. Nõ. n. potest anima viuere sine amore: sz semp optat aliquid amare qm ex amore condita fuit. Nam ipsam ex amore purissimo creaui z ideo tibi dixi superi⁹ intellectum ab affectu moueri quasi dicens. Ego diligere volo q: cibus ex quo nutrior est amor. Tunc intellectus ab affectu se percipiens excitari surgit quasi dicens. Ego dabo tibi si vis amare quid amare salubrius valeas. Et illico consurgens attente considerat anime dignitatem in qua creata fuit: ac indignitatem in quaz ex culpa sua deuenit. Indignitate quidẽ essentie sue gustat inextimabilem bonitatem atqz caritatez increatam qua fuit a me creata: suam vero miseriam attendendo gustat ineffabilem misericordiam meam qm ex paterna misericordia prestiti sibi tempus ad penitentiam atqz de tenebris eã extrari. Tunc affectus amore pascitur z nutritur z apiẽs os desiderij sancti comedit odium atqz displicentiam proprie sensualitatis humilitate profunda per iuncta cuz vera patientia quam ab odio sancto traxit. Virtutib⁹ vero conceptis iperfecte pituntur atqz pfecte fm qd anima pfectionem crescet in semetipsa sicut inferius aperte tibi pandam. Sic econuerso si sensitiuus affectus mouetur ad amandum solũmodo sensibilia tunc oculus itellectus ad illa mouetur atqz tm̃modo transitoria cum amore proprio sibi proponit in obiectum cuz displicentia virtutuz z amore vitiorum: vnde superbiam z ipatientiaz attrahit. Memoria vero non iplet nisi tm̃ eoz que sibi porrexerit affect⁹. Hic amor pessimus obscurauit oculuz qui non videt neqz discernit aliquid apte nisi cũ quadaz obfuscata claritate. Que claritas obfuscata consistit in eo q quecunqz videt intellectus: z affectus amat cũ quadã claritate siue specie boni siue delectationis: q: si non esset hec apparẽtia boni homo nõ offenderet: q: naturaliter homo non appetit nisi bonum. Itaqz vitium amore atqz colore boni propriq coloratur: z ideo culpa cõmittitur. Qm igit oculus ex

obfuscatione sua minime discernit
neqꝫ veritatē agnoscit ex hoc errat
querendo bonum atqꝫ delitias vbi
non sunt. Jam.n. patefeci tibi ꝙ de
licie mūdi sunt absqꝫ me: spine pun
gentes atqꝫ venenose ita ꝙ intelle/
ctus in sua visione fallitur ⁊ volun
tas in diligendo: q: diligit ea que ñ
debet amare. Similiter etiam in re
tinendo memoria fallitur. Jntelle/
ctus.n. agit veluti latro agere solet
aliena rapiendo. Et ita memoria re
cordatur eorum que sunt extra me.
hoc ergo modo ꝑuatur anima gra/
tia. Tanta est vnitas: vel vniō triū
istarum anime potentiarū ꝙ vna
me non offendit absqꝫ reliquis quī
vna porrigit alteri bonum siue ma
lum: vt arbitrio libero placet sicut
ex precedentibus aperte colligere
potuisti. Liberum hoc arbitrium ē
affectui colligatum ⁊ ideo mouet il
lum: vt ei placet aliquando cum lu
mine rationis aliquādo sine tali lu
mine. Uos habetis in me rationē
alligatam inquantum amor inor/
dinatus arbitrio libero mediante
non diuidat atqꝫ precidat. Et in vo
bis habetis legem peruersam que
quottidie cōtra spiritum īpugnat.
Jn vobis ergo due partes existunt
vꝫ sensualitas atqꝫ ratio. Sensuali/
tas omnino seruire debet anime ic/
circo vobis est a mea bonitate con/
cessa. vt ipso corpore mediante pro/
betis ⁊ ī vobis virtutes exerceatis.
Anima vobis libera est: nam a cul/
pa liberata fuit in sanguine dilectis
simi filij mei neqꝫ potest in seruitu/
tem redigi nisi sponte consenserit.
Uoluntas autē est libero arbitrio
colligata ⁊ ipsum liberum arbitriū
voluntati semper vnitur: ⁊ cum ea
concordat. Jmmedio nāqꝫ consistit
inter sensualitatem atqꝫ rationem:
⁊ ad vtranqꝫ partem: vt ei placue/
rit vertere se libere potest: vel incli/
nare. Uerum quando vult anima
manu liberij arbitrij suas potenti/
as in nomine meo congregare sicut
iam dixi: tūc opera cuncta spiritua
lia: vꝫ atqꝫ temporalia que creatu/
ra facit ordinata sunt: ⁊ aggregata
⁊ illo tunc liberum arbitrium a ꝓ
pria sensualitate soluitur ⁊ virtuo/
se rationi connectitur. Et ego p' gra
tiam in eorū medio consisto. Et hoc
est quod veritas incarnata voluit
exprimere dicens. Ubi duo siue tres
congregati fuerint in nomine meo
ego ero in medio eorum. Et ita ve/
rum est. Ego iam dixi tibi ꝙ nemo
poterat ad me venire vbi per eum.
Jdeo fact⁹ ē humano generi pons
cum tribus gradibus. Qui gradus
tres anime status apertissime figu/
rant: vt infra patebit.

Quō si antedicte tres aīe potētie
nō sunt vnite nō pōt hr̄i ꝑseueran/
tia sine qua nullus ad suum termi/
num peruenire poterit. Capi.iij.

TRium graduum figuram in
generē tibi significarē dixi tres
aīe potētias q̄ similitudinarie tres
apparēt esse scale. Nec aliquis ascē
dere pōt vnam absqꝫ reliquis volen
do transire per pontem atqꝫ doctri/
nam vnigeniti filij mei. Nec anima
potest habere perseuerātiā nisi tres

has potentias vnitas habuerit in se: de qua perseuerantia tibi supra/ dixi q̄ absq̄ illa nemo poterat ad suum terminum peruenire. duo nã q̄ termini sunt ⁊ vterq̄ perseuerantiam exigit: vꝫ virtus ⁊ vitium. Qui vult ad vitam attingere per/ seuerare debet in virtute. Si quis vero vellet eternaliter igne cruciari perseuerare potest in vitio. Itaq̄ cum sancta perseuerantia peruenitur ad me qui sum eterna vita. Et econuerso cuꝫ perseuerantia peruenitur ad aquam mortuam cum demonio gustandam.

Expositio illius verbi yesu chri/ sti. Si quis sitit veniat ad me ⁊ bi/ bat. Capi.liiij.

Vos oẽs estis a veritate mea particulariter atq̄ generaliter inuitati cuꝫ anxio desiderio clamabat i tẽplo fili⁹ me⁹ dicẽs. Siqs sitit veniat ad me ⁊ bibat: q̄r suꝫ fons aque viuentis. Non.n. dixit vadat ad patrem ⁊ bibat: sed ait veniat ad me. Quare dixit ita. Q̄m in me patre nulla potest eẽ siue cadere pena: sed in dilectissimo filio meo sic. Vos vero dum estis in vita mortali viatores atq̄ peregrini non po/ testis absq̄ pena transire: quia ter/ ra propter inobedientiam adẽ spi/ nas humano generi germinauit vt iam dictum est. Sed quare dixit veniat ad me ⁊ bibat. Quia sectantes doctrinam eius ⁊ vestigia: siue per viaꝫ cõmunis caritatis: vꝫ obseruãdo mandata eius actualiter ⁊ cõsi/ lia mẽtaliť vel ãbulãdo p̄ viã pfecte caritatis: vꝫ actualiť obseruãdo mãdata pťr ⁊ ꝯsilia q̄cūq̄ mõ p̄ueneri/ tis ad ipꝫ inuenietis habũdãtissime quid potare possitis: inuenietẽs at/ q̄ gustantes fructum pretiosi san/ guinis eius ex vnione nature diui/ ne in humana natura vnite. Cum autem estis in eo repperitis vos ⁊ i me cõsistere qui mare sum valde pacificum quoniam ipse mecuꝫ ⁊ ego secum vnum sumus. Indubitanter igitur estis inuitati sicut dictum ẽ: ad fontem aque viuẽtis diuine gratie. Sed vos oꝫ omnino per ipsum habere transitum veluti per saluti/ ferum pontem vestrum cum sãcta perseuerãtia: ita q̄ occasione spine cuiuscunq̄ tribulationis: vel aduersitatis siue prosperitatis a sancto p̄/ posito nullo modo retrocedatis vnq̄ quousq̄ p̄ueniatis ad me qui do fidelibus meis aquam viuam quã vobis habundantissime dare pro/ mitto dulcissimo ṽbo filio meo glorioso mediãte. Sꝫ quare dixit. Ego sum fons aque viue. Quoniaꝫ ipse fuit ⁊ est ille fons qui me cõtinebat qui viuam aquam exhibeo cunctis amicis meis. Sed ideo dixit veniat ad me, ⁊ bibat quoniam in me nul/ lo modo pena cadere põt ⁊ vos absq̄ pena nullatenus pertransire po/ testis. Ideo vobis põtem ex ipso cõ struxi vt per eum solum ad me ve/ nir̃ positis illesi. Et ita dixit ipsa veritas in euangelio. Nemo venit ad patrem nisi per me quod vtiq̄ ve/ rissimum est. Iam ergo vidisti viaꝫ per quam vos oꝫ ambulare vr.a cũ modo quem tenere debetis: vꝫ cum iugi perseuerantia. Nam alio mo

do bibere non possetis: nec ad aquã vivam perveniretis: qꝛ sola perseverantia corona gloriose victorie coronabit a me qui sum omne bonũ.

Quem moduz tenere debent homines ut exire de pelago possint illesi ꝛ transire per pontem. Capi. liiij.

In presenti resũmo narranduz de tribus gradibus quos vos oꝫ ascendere si cupitis in fluvio nõ imergi ꝛ ad aquam vivam illesi pervenire ad quam ita dulciter invitamini: ꝛ ut ego quottidie sim in medio vestri. Quia tunc in itinere vestro sum immedio quiescendo: vꝫ ꝑ gratiam in animabus vestris. Oꝫ igitur hanc viam ambulare cupientes habere sitim: qꝛ solummodo sitientes invitant cuꝫ dicitur. Si quis sitit veniat ad me ꝛ bibat. Qui vero minime sitit in itinere non perseverat: sed ambulare desistit: aut occasione laboris: vel occasiõe delectationis alicuius. Et obmittit vas habere secuꝫ in quo possit haurire: nec est ei cure societatem habere cuꝫ, tamen solus ambulare nequeat. Et iõ retrocedit quando sentit aliquaruꝫ angustiarum sine tribulationuꝫ aculeos: illas. n. abhorret. Timet etiam quando solus est. si. n. associatus esset procuIdubio non timeret. Insuper si tres illos gradus ascendisset verissime securus esset eo ꝙ associatus esset. Oꝫ ergo vos habere sitim ꝛ congregatos esse. Quare veritas incarnata dixit. Ubi duo fuerint: vel tres: vel etiam plures i nomine meo congregati ꝛc. Sed propter quid dixit. Ubi fuerint duo: vel tres: Quia duo minime sũt absqꝫ tribus neqꝫ tres absqꝫ duobꝰ: neqꝫ tres sive duo absqꝫ pluribꝰ. Unꝰ est exclusus: qꝛ non suꝫ in medio sui pro eo ꝙ aliquem socium secum habere noluit ut in medio stare posset ꝛ ideo reducitur ad nihilum. Nam ille qui consistit i amore proprio sui solus ẽ atqꝫ separatus a gratia mea privatus etiam sui proximi caritate. Cuꝫ igitur ex culpa sua exclusus sit a me merito gratia mea privatꝰ redigitur in nihilum: qꝛ solus ego sum ille qui sum. Igiẗ unus ille qui privatus caritate fraterna solus in amore pro͞po consistit non est auctoritate mea computatus: neqꝫ mihi acceptus. Ait ergo. Ubi fuerit duo sive tres vel plures in nomine meo congregati in medio eorum sum. dixi tibi ꝙ duo non erant absqꝫ tribꝰ neqꝫ tres absqꝫ duobus ꝛ ita verum est. Tu nosti ꝙ precepta legis i duobus tantummodo pẽdent sine quibus nullum aliud observari potest vꝫ ut homo super omnia deuꝫ ex toto corde diligat ꝛ proximum tanqꝫ seipsum. Hic omnino consistit omnium mandatoruꝫ divine legis ꝓncipiuꝫ: medium atqꝫ finis. Ita duo non possunt iñ nomine meo congregari sine tribus: vꝫ absqꝫ trium anime potentiarum aggregatione que sunt memoria intellectus ꝛ voluntas. vꝫ ut memoria iugiter in se retineat habundantiam beneficiorum meorum ꝛ inextimabilem bonitatẽ meam in se. Intellectus vero diligẽ

ter attēdat amorez ineffabilē quē
humano generi porto atq̧ demon/
straui mediante dilectissimo filio
meo quem in obiectum intellectus
oculo collocaui vt in eo consideret
ignem diuine caritatis. Uoluntas
etiam insimul aggregetur: vt me di
ligat ꝛ affectuoso desiderio peroptet
qui sum omne bonum: ꝛ omnium fi
nis optabilis. His ergo tribus ani
me potētijs insimul aggregatis. ego
sum per gratiam in medio. Et quia
tunc homo se repletuz inuenit vera
caritate mea: pariter ꝛ proximi sui
subito societatem inuenit veraruz
virtutum. Tunc ad sitiendum ap/
petitus anime se disponit sitiendo:
vz virtutes veras: ꝛ honorem meū
atq̧ salutem animarum extincta si
ti quorumcunq̧ corporalium atq̧
temporalium. Et ita primum gra/
dum ascendens valde secure gradi
tur absq̧ timore quocunq̧ seruili.
Postq̧ affectum suum expoliauit
amore ꝓprio supra semetipsum ascē
dit ꝛ super vniuersa transitoria. mū
di res ꝛ diuitias amando atq̧ possi
dēdo si sibi retinere placet iuxta be
neplacitum voluntatis mee nō abs
q̧ me: vz cum sancto timore pariter
ꝛ amore virtutuz. Tunc vero se rep
perit ascendisse gradum secunduz:
vz ad lumen intellectus quo diligē
tissime speculatur: ꝛ attendit amo/
rem excessiuum atq̧ cordialem quē
vobis apertissime demonstraui dile
ctissimo filio meo yesu christo medi
Et anime beate tanta est visio perfecta q ne dum in cunctis existentibus in vita durabili: sed et iam in creaturis vite mortalis videt laudem atq gloriam nominis mei: quia velit nolit iste mundus in sim mihi gloriam exhibet verum est q illam non exhibet eo modo quo de bet et obligatur: amando me super omnia. Sed ex parte mea recipio et extraho gloriam atq laudem nomi ni meo: Nam in hominibus relucet habundantia caritatis atq miseri cordie mee dum eos ad penitentiā expecto tempus eis accommodan do. Neq precipio vt pro eorum ini quitatibus infernus: vel terra vi uos eos absorbeat. Sed econuerso terre precipio: vt eis de fructibus eius habundanter exhibeat atq so li precipio: vt eos calore suo calefaci at et illuminet. Celo quoq precipio vt ad eorum vtilitatem atq conser uationem indesinenti motu circun det orbē. Et in omnibus creaturis quas ego pro eis creaui misericordi am meam valde caritatiue diffun do: nec illas ab eis volo subtrahere non obstantibus iniquitatibus eo rum. Immo concedo ita peccatori bus sicut iustis: et etiam peccatori bus aliquando habundātius q iu sto pro eo q iustus aptus est humi liter et cum patiētia tollerare. Ideo frequenter eū volo priuare tempo ralibus bonis: vt habundantius ei retribuam bona celestia. Itaq ca ritatiua misericordia mea resplen det in eis. Etiam aliquando in per secutionibus quas amici mei su stinent a seruis mundi, dum in eis experitur virtus caritatis et patien tie dum amici mei pro eis offerunt i conspectu meo cōtinuas et humiles oratiōes mihi resultat laus atq glo

ria: quia persecutores ipsi respectum habeant in oppositum: vz in dedecus atqz meum vituperium. Ego tamen velint nolint inde mihi gloriam attraho.

Qualiter etiam demonia gloriã deo reddunt atqz laudem licet inuiti. Capi.lxxxi.

Isti persecutores amicorum meorum in vita presenti permanẽt ad augumentandam et exercendam virtutem ipsorum prout in inferno demonia faciũt veluti mei lictores iustitiam meam contra damnatos exercendos. In vita quoqz presenti vitam augent viatoribus et peregrinis qui desiderant ad me peruenire felicem ipsorum terminum. Ipsi demones in causa sunt in illis augendi virtutem dum eos exercent cum multis molestiis atqz temptationibus variis modis: aliquando cõmouendo vnum contra alium iniuriose verbis et aliquando factis. Etiam arripiendo bona temporalia non propter ista temporalia: sed solũ vt anime fraterna caritate priuentur. Sed dum aduersarius ipse putat et optat eos caritate priuare fraterna ipse fortificat eos si ipsis experientia probando virtutem patientie: fortitudinis atqz perseuerantie. Hoc ergo modo reddunt gloriam atqz laudẽ nomini meo. Et ita mea veritas in eis impletur quos ego creaueram in gloriam et laudem sancti mei nominis: et vt ipsi participẽt ineffabili bonitate mei patris eterni. Sed quia propter eorum demonum superbiam aduersum me rebelles extiterunt a sua dignitate ceciderunt in abissum visione mea priuati nõ exhibent mihi gloriam in dilectione caritatis. Ego vero veritas eterna posui eos veluti ministros ad exercendum in virtute seruos meos et veluti lictores eorum qui propter defectus eorum vadũt ad eternam damnationem ac etiam eorum qui deducuntur ad penas purgatorii. Itaqz vides veritatem meam in eis impletam: quia vz mihi gloriam exhibent: non tamẽ: vt eterne vite ciues qua priuati sunt propter iniquitates eorum: sed veluti lictores et iustitiarii mei patefaciendo per eos iustitiam meam super inimicos meos in inferno damnatos. Ac etiam super illos qui purgatorii pẽis adiudicati sũt.

Qualiter anima corpore soluta plene videt gloriam et laudem dei in qualibet creatura. Et qualiter in ea finita est pena desiderii: sed non desiderium. Capi.lxxxii.

Postqz anima nudata fuerit a corpore et ad me finem suum aduenerit aperte videt et gustat gloriam et laudem nominis mei semper in omnibus creaturis que rationẽ habent in se: ac etiam in demonibus et in aliis quibuscunqz creaturis. Ita pure videt et in suo visu veritatem agnoscit videndo me patrem eternum amplius amat: et amando satiat aũt veritatem agnoscit. Agnoscendo veritatem voluntas eius in

veritate mea firmata consistit. Et ē ista ligata ꝛ firmitate tanta stabilita ꝙ in nullo discordare potest neqȝ penam aliquam habere quoniā habet omnia quecunqȝ desiderabat. Me nanqȝ videre peroptabat ꝛ gloriam atqȝ laudem nominis mei. hec omnia videt apertissime ac in veritate possidendo cognoscit: vȝ in sanctis meis ꝛ in beatis spiritibus angelicis ꝛ ī omnibus aliīs creaturis ꝛ etiam in demonibus vt dictum ē. Et quamuis offensas peccatorum videat de quibꝰ prius amare dolebat: nunc vero nullum inde: vel aliūde quoquomodo dolorem habere potest: sed cōpassionem absqȝ pena: peccatores ipsos amādo ꝛ affectuosa caritate me iugiter exorando: vt ego mundo gratiose misericordiam impendam. In eis quidem est pena terminata ꝛ finita: sed minime caritas ꝑut accidit vnigenito filio meo: qm̄ ī amarissima morte super cruce: pena cruciati desideriī quod ab initio cum ipsum in mundum transmisi: vsqȝ ad finem vite portauerat pro salute vestra finita fuit atqȝ terminata: sed non fuit finitum vestre salutis desiderium. Quia si mee caritatis affectus quem vobis ipso mediante demōstraui fuisset in vobis finitus atqȝ terminatus proculdubio non essetis: qm̄ ex amore creati fuistis. Itaqȝ certissime noueris ꝙ si ex amore non conseruarem vos in esse subito redirectis in nihilum. Sȝ ex amorē creaui vos ꝛ idē amor vos in esse conseruat. Ego sum vnum cū vnigenito filio meo ꝛ ipse mecum: ideo finita est pena desideriī ꝛ non amor desideriī. Vides ergo ꝙ omnes beati qui sunt in vita durabili salutem animarum exoptant absqȝ pena: qꝛ pena terminata est in morte ipsorum: sed non affectus vere caritatis: imo tanqȝ inebriati sanguine agni filiī mei vestiti caritate fraterna transierunt per artam ianuam yesu christi sanguine madefacti ꝛ ꝑuenerunt ad me mare pacificuȝ ab imperfectione segregati: vȝ ab insacietate peruenerunt ad perfectionē omnium bonorum plene saciati.

Qualiter illi qui perueniunt ad tertium ꝛ quartum gradum: vt habetur supra cupiunt a corpore dissolui: vt etiā apostolus paulus optabat. Capi. lxxxiiī.

Quoniam igitur apostolus ꝛ preco meus paulus ista viderat atqȝ gustauerat cum ipsum ad tertium celum attraxi: vȝ ad altitudinem trinitatis agnoscens atqȝ degustans veritatem meā vbi plene recepit sancti spiritus habundantiam atqȝ didicit incarnati verbi mei doctrinam ꝛ tunc induit anima eiꝰ me patrem eternū ꝑ sensum ꝛ vnionē veluti beati vite durabilis: hoc excepto ꝙ anima non erat a corpore separata: ideo clamabat optādo separationem istam dicens. O infelix homo ego qs me liberabit a corpore mortis huius. Sed qꝛ bonitati mee placuit eum facere vas electionis in abisso mee trinitatis exui eū de me qꝛ non potest cadere in me pe

na: & ego decreueram cū multa por/
tare debere & posui yesum christum
crucifixum in obiectum oculi sui in
tellectus cum induendo vestimen/
to sue doctrine ligato & connexo cū
clemētia sancti spiritus qui ē ignis
vere caritatis. Ipse vero tanq̄ vas
aptum a mea bonitate reformatuz
q: nullam omnino resistentiaz egit
quando percussus extitit: īmo subi/
to dixit. Domine quid vis me facere.
Tunc ego cū docui quē corā oculis eius
posui yhm xp̄m crucifixū cū iduen
do perfecte mee veritatis alma do/
ctrina cū lumine vere ꝯtritionis cū
qua defectū suū extinxit in caritate
mea fundate. Itaq̄ doctrinā iduit
yhu xp̄i crucifixi & ipsam. aīe sue ta/
liter astrinxit q̄ vt ipse tibi ꝑpala/
uit nunq̄ exuit: vel ab ea separi po
tuit aliq̄ tēptatiōe diabolica siue sti
mulo carnis quo sepius īpugnabat
mea bonitate ꝑmittēte: vt ī merito
cresceret & ī grā: & vt ī humilitate cō
seruaret eo q: gustauerat altitudi/
nē diuinitatis atq̄ trinitatis. Ipse
tū huiusmodi vestimētū nunq̄ vllo
t̄pe: vel in modico dimisit siue depo
suit: vel laxauit ex aliqua ꝑsecutiōe
siue molestia: siue tribulatione sibi
occurrente: vz perseuerantiam ī do
ctrīa yesu christi crucifixi: īmo sibi
strictius incorporabat in tm̄ q̄ ex hoc
vitam exposuit corporalem & cū eo/
dem indumento rediit ad me patrē
eternuz. Paulus ergo gustauerat
quid erat gustare me sine ē corporali
grauedine. Sibi nanq̄ concessi gu/
stare per sensum vnionis: sed nō per
separationem a corpore. Cum vero

postea rediit ad se vestitus indumē
to yesu christi crucifixi sibi videba/
tur amor eius imperfectus in com/
paratione perfectionis amoris quā
in me gustauerat: & quaz videat ha
bere beatos a corpore sepatos. Ideo
videbatur ei q̄ grauedo corporis ei
rebellaret: q: vz impediebat ei per/
fectionem illam saciētatis desiderii
quam habet anima post mortē. Me
moria sibi videbatur imperfecta & ī
becillis: vt est propter quam imbe/
cillitatem & imperfectionem impe/
diebatur esse capax atq̄ retinere pos/
se: recipere pariter & gustare me cuz
illa perfectione quam habent in vi
ta durabili: beati qui sunt a corpo/
re separati. Et ideo videbatur ei q̄
omnia dum erat in corpore mortali
sibi forent veluti lex vna peruersa
que contra spiritum impugnaret: nō
tamen impugnatione peccati: quia
sicut iam dixi q̄ ego certificaueraz
eum dicens. Paule sufficit tibi gra-
tia mea: sed impugnatione cuiuſ/
dā impedimenti perfectionis spiri/
tus: vz ne me videre posset in essen/
tia mea que visio per legem: & gra/
uedinem corporis impediebatur: &
ideo clamabat. O infelix homo ego
quis me liberabit a corpore mortis
huius. Nam habeo aliam legem in
mēbris meis que repugnat legi mē
tis mee. Et ita se veritas habz: quia
memoria iugiter ab imperfectione
corporali repugnatur. Et intellectus
ipeditus atq̄ ligatus est ab ista mo
le corporis ne me videat: vt ego suz
in essentia mea. Insuper & volūtas
est alligata: quia vz attingere non

potest ex grandine corporis ad me sine pena gustandum ꝺcum eternū modo superi⁹ enarrato. Itaq̧ paulus veritatem asserebat dicens. Habeo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Similiter isti serui mei de quibus ego tibi dicebam q̄ iā peruenerant ad tertium ꝛ quartum statū vnionis perfecte quam in me faciunt exclamant cum illo cupientes a vinculo corporali separari atq̧ dissolui.

Quib⁹ causis anima cupit a corpore separari. Capi.lxxxiiij.

Et ad apertiorem intelligentiam istius puncti notari debet illud qđ habetur supra Capi.lxxix.

Isti serui mei fideles asperitatem siue difficultatem huius corporalis dissolutionis ꝛ mortis in se minime sentiunt: imo desiderant illam: ꝛ cū odio sancto fecerunt asperam guerram cum suis corporibus. Unde perdiderunt illam teneritudinem que naturaliter est inter corpus ꝛ animam ꝛ superato atq̧ prostrato naturali amore cum odio vite sui corporis: ꝛ amore mei mortē exoptant ꝛ aiunt. Quis me liberabit a corpore mortis huius. Cupio dissolui: ꝛ esse cum christo. Unde tales cū eodē apostolo dicunt. Mors est mihi in desiderio: sed vita in patientia. Quoniam anima cum est eleuata in hac vnione perfecta toto desiderio me videre peroptat atq̧ mihi gloriam ꝛ laudem videre ab omnibus exhiberi. Quando vero postea redit ad sensus corporeos qui sensus oēs erāt in me tracti ꝛ absorti per affectum amoris: magnā habet impatientiā in viuendo dū se cōsiderat ablatā ꝛ auulsam ab vniōe quā in me fecerat: ꝛ ab imortalium optabili ꝯuersatione qui quotidie mihi gloriā exhibent ꝛ inuenit se fore in ꝯuersatione mortaliū a quib⁹ me videt frequētissime miserabilit̄ offendi. Sup quo tales serui valde affligunt̄ grauiter: vñ tam ex isto q̄ ex amoroso ꝛ anxio desiderio vidēdi me ipsoꝝ vita est eis īportabilis. Nihilominus q: voluntas coꝝ nō ē sua ꝑpria: sed est vnita cū voluntate mea ꝑ amorē: neq̧ velle possunt: aut optar̄ nisi qđ ego volo. Per optantes ad me venire contenti sunt: ꝛ in corpore manere si mihi placet: etiam cum quacunq̧ pena pro maiori gloria: ꝛ laude mei nōis ꝛ animarum salute: ita q̄ in nullo penitus vnq̧ a mea volūtate discordāt: sꝫ anxio desiderio currūt īduti yħꝫ christū crucifixū. Et ambulantes ꝑ pontē sue saluberrime doctrine gloriant̄ ī suis obprobriis atq̧ penis: ꝛ tāto magis gloriant̄ q̄to grauiora se tollerare viderint: imo substinendo multas tribulationes vndecūq̧ ꝑueniāt ipsi ꝑcipiunt inde refrigeriū in desiderio mortis. Et aliqū ex desiderio ꝛ affectu sustinendi penas aliquo mō mitigat̄ illa pena desiderij quā habent a corpore solui. Isti non solūmodo cum patientia tollerant aduersa sicut in tertio statu: sꝫ ipsi gloriantur in multis tribulationibus quas pro nomine ac amore

meo portant. Tollerando penas ha bent inde consolationem: quādo ve ro non habent aliquam penam ad tollerandum habent amaritudinē: dubitātes atq; timentes ne forte p bono quod operantur velim in pre senti vita premiare: vel q͏ eorū ope ratio mihi nō sit accepta. Sed cos per mittendo: tribulari: valde letan tur: se vestiri considerantes de pe/ nis ꝛ obprobriis yesu christi crucifi xi. Unde si possibile foret eis: haber virtutem absq; laboriosa pena non acceptarent. Potius.n. eligunt in cruce cum yesu christo delectari ꝛ cum pena virtutem acquirere quā alio modo vitam eternam habe/ re. Quia sunt in sanguine suffocati: ꝛ imersi vbi reperiunt ignitam cari tatem meam: que caritas est veluti succensus ignis a me procedens qui rapit mentem eorum acceptando sacrificium desideriorum ipsorum. Unde consurgit oculus intellectus eorū in mea deitate speculando vbi nutritur affect⁹ ꝛ vnitur qui sequit intellectum. Hoc est vnum videre super naturale per infusam gratiā anime concessam a me que me dili/ git ꝛ in veritate mihi seruit.

Quomodo melius est ire pro cō/ silio salutis anime ad vnum humi/ lem cum consientia sancta q̄ ad lit teratum superbum. Capi. lxxxv.

Isto lumine quod in oculo in/ tellectus est a me positum vi/ derunt vtiq; me Jeronimus. Augu stinus atq; Thomas de aquino ꝛ alij doctores ecclesie: vnde magnā scientiam acquisierunt. Similiter ꝛ alij sancti ꝛ amici mei qui fuerunt illuminati cognoscentes ꝛ intelligē tes in tenebris apertam veritatem q: vꝫ sanctam scripturam exposue/ runt: ꝛ illuminauerunt que videba tur esse tenebrosa: q: n̄ n intellige/ batur non quidē ex defectu scriptu re: sed ex ignorantia non intelligen tium. Ideo misi lucernas istas vt il luminarent intellectus excecatos ꝛ ignorantes. Ipsi vero leuabant ocu lum intellectus ad me: vt i tenebris agnoscerent veritatem vt iam dixi. Et ego velud ignis acceptabaꝫ ꝛ ra piebam huiusmodi sacrificium eo/ rum: eis exhibendo lumen superna turale: ꝛ ita recipiebant in tenebris lumen veritatis. Unde scriptura q̄ tunc videbatur esse tenebrosa ꝛ ob/ scura: nunc apparet omnibus luci/ da ꝛ aperta. Quilibet in ea recipit iurta capacitatem suam: ꝛ prout ip se disponit animam suam ad aman dum ꝛ cognoscendum me quia nul/ lius ego contemno dispositiones bo nam. Itaq; vides q͏ oculus intelle/ ctus a me recipit ex gratia superna turale lumen in quo sancti doctores ꝛ alij serui mei agnouerunt lucem i tenebris: atq; d tenebris facta ē lux. Nam intellectus ante fuit q̄ ab alii quo scriptura formaretur. Unde sci entia processit ab intellectu: q: vidē do discreuit. Isto modo pphete eū alijs sanctis patribus cognouerūt: ꝛ intellexerunt prophetantes d ad uentu: ꝛ morte dilectissimi filij mei. hoc habuerunt apostoli: post aduē/

tum sancti spiritus. Isto lumine illuminati fuerunt euangeliste: doctores: confessores: martires: et virgines. Omnes habuerunt hoc lumen in diuersis modis: vt expedire cognoui saluti suarum animarum: vel etiam aliorum: aut ad declarationem sacre scripture prout actum est a doctoribus explanando sanctifice doctrinam vnigeniti filii mei: et apostolorum: ac euangelistarum. Martires vero cum sanguine proprio declarauerunt sanctissime fidei lumen: atque fructum et thesaurum sanguinis agni. Virgines cum affectu puritatis et caritatis: in religiosis obedientibus commendatur obedientia filii mei in quo maxime relucet eo quod ex obedientia quam imposui sibi festinauit ad mortem crucis obprobriosam. Omne lumen istud aperte propalatur in veteri et in nouo testamento. In veteri: videlicet quo ad prophetas. In nouo quo ad legem euangelicam agnitum extitit ab oculo intellectus cum lumine per gratiam infuso super naturale lumen. Et quia noua lex ab eodem lumine processit a quo antiqua lex: ideo noua non euacuauit vel irritauit antiquam: immo sunt vnite simul. Sed ista noua lex abstulit imperfectionem antique: quia fundata erat in timore solummodo. Veniente igitur verbo meo cum lege amoris adimpleuit illam auferendo sibi timorem pene ac etiam fundauit in amore cum timore sancto. Ideo dixit ipsa veritas: videlicet vnigenitus meus. Ego non veni soluere legem: sed ad implere. Quasi diceret. Antiqua lex est imperfecta nunc: sed in sanguine meo dabo ei perfectionem: et ita eam adimplebo pro suo defectu remouendo timorem pene: et eam fundabo in amore atque timore sancto. Quis hanc veritatem aperte declarauit. lumen huiusmodi ex gratia concessum a me super naturale lumen. Ita quod omne lumen a sacra scriptura progrediens egreditur ab isto lumine. Et ideo superbi scientifici et ignorantes excecantur in lumine: quia superbia cum amoris proprii nube cooperuit et abstulit omnino huiusmodi lucem. Et ex hoc plus intelligunt sacram paginam litteraliter et iuxta corticem exteriorem quam secundum intellectum interiorem. Et ideo gustant inde magis littere sonum hinc inde multos vertentes libros: et non attingunt: neque gustant sacre scripture medulam quoniam abstulerunt sibi lumen cum quo scriptura formata: et declarata fuit. Unde tales admirari solent et aliquando murmurare videndo multos idiotas atque sacram paginam ignorantes: et nihilominus in cognoscendo veritatem ita illuminatos quemadmodum si longo tempore studuissent in ea. Neque tamen ex hoc aliquis admirari debet eo quod habent in se causam principalem luminis: vnde scientia processit. Ipsi vero superbi: quia lumen amiserunt non vident: nec intelligunt bonitatem meam neque lumen infuse gratie super amicos meos. Quare noueris valde melius esse pro consilio salutis animarum ad vnum humilem virum accedere qui cum sancta rectaque conscientia viuat: quam ad

vnum superbum scientificum qui so
lummodo conscientiam z animam
impleҿ eurrat inani vento scientie.
Naz alia porrigere nescit alteri nisi
que reperit in se: Unde propter vi/
tam tenebrosam accidit. aliquando
q lumen sacre scripture porriget z
conuertet in tenebras Et huius op
positum est in amicis meis: qz lumē
in eis existens animo caritatiuo li/
bentissime ministrant aliqs cum sa/
nctifico desiderio salutis eorum. H er
go tibi diri dulcissima filia: vt hui⁹
vnitiui status perfectionem agno/
sceres vbi rapitur oculus itellectus
ab ignifera caritate mea in qua su/
pernaturale lumen amici mei reci/
piunt: z cuz ipso lumine me diligūt
quoniam ipsa dilectio sequitur itel
lectum. Et quanto plus intelligit: z
agnoscit tanto plus amat: z quanto
plus amat amplius intelligit: z sic
vnum ab altero nutritur. Cuz hoc
ergo lumine perueniunt ad meam
eternam visionem vbi me gustant:
z in veritate vident cum anima fue
rit a corpore segregata, put: ego nar
raui tibi superius exprimendo bea
titudinē quam anima recipit i me.
Hic est ille status excellentissimus
in quo dum amici mei sunt in vita
mortali gustant inter immortales.
Unde frequenter ad tantam vnio/
nez attingunt: vt vix intelligere va
leant: vtrum in corpore fuerint an
extra corpus: z ita gustant arrā eter
ne vite: tum ex vniōe quam in me
fecerunt ac etiaz: qz voluntas est in
se mortua: propter quam vtiqz mor
tem in me fecit vnionē. Nam aliter
in me poterant vniri pfecte. Gu/
stant igitur arram eterne vite: quia
priuati sunt inferno proprie volun/
tatis que quandam arram inferni
tribuit homini viuenti iuxta sensiti
uam voluntatem.

Utilis repetitio quorundam: q̄ i
ducitur h aia ad orandū pro oībus
hoīb⁹ z p ecclesia scā. Capi. lxxxvi.

NUnc vidisti oculo itellectus:
z aur̄ tui sensus audisti a me
qui sum eterna ꝟitas qui mod⁹ ha/
bēdus ē ad faciēdū vtilitatē ꝓrio
piter z tibi doctrine z agnitōis mee
ꝟitatis. Ut in ꝑncipio tibi diri: sꝫ
ad cognitionez ꝟitatis peruenit ex
agnitōe tui: nō absolute pura z sim
plici: sꝫ vnita z cōdita cū agnitione
mei i te vbi repisti humilitatē: odiū
atqꝫ displicētiā tui. Et ignē caritat
mee pp agnitionē quā de me i te re
peristi. Tūc venisti ad amorē atqꝫ di
lectionē ꝓximi tui vtilitatē ei faciē
do doctrie: necnō z exēplaris ac ho
neste vite. Insup ondi tibi disposi/
tionē z q̄litatē pōtis: vt ē ac ēt tres
gradus generales positos atqꝫ figu
ratos ꝑ tribus aīe potētijs. Et q̄uo
nullus hēc pōt vitā grē si nō ascēde/
rit oēs: vꝫ vt sint i noīe meo ꝯgrega
ti. Ipsos ēt tibi patefeci pticulariť
ꝑ trib⁹ aīe statib⁹ i corpore filij mei
figuratis. de quo tibi diri q fecerat
i corpore suo scalas: apte demōstrās
hoc i affix̄is pedib⁹: i aptura lateris
z i ore vbi gustat aīa pacē verā: vt
dictuz ē. Ondi quoqꝫ tibi supius i/
pfectionē seruilis timoris z ipfectio

nē me diligētis ex dulcedine ꝯsolationis quā inuenit i me atq; ꝑfectionē tertij stat⁹: vȝ coꝝ qui ꝑuenerūt ad pacē oīs ex quo ꝑ pontem ihū xp̄i crucifixi anxio desiderio cucurrerūt ascēdētes tres illos generales gradus: vȝ ꝯgregādo tres aie potētias. Ubi ꝯgregat oēs opationes suas i noīe meo: put ego supius apte tibi demōstraui. Atq; de trib⁹ gradib⁹ ꝑticularibus quos ascēderant ab iperfecto statu trāseūtes ad ꝑfectū: ⁊ sic eos i ꝟitate currer̄ vidisti. Feciq; te degustar̄ ꝑfectionē aie cū ornatu virtutū. Etiā ōndi tibi fraudes quas aīa recipit anq; ad suā ꝑfectionē attīgat: nisi prudenter tp̄s exerceat i cognitōe sui atq; mei. Itē ōndi tibi miseriā illoꝝ qui sponte se metipsos i flumie submergūt renuentes ābulare ꝑ pontē: sequendo vȝ doctrinā mei dilectissimi filij quem vobis ego ꝗ̄ rōse ꝯcessi: ne suffocaremini: sȝ ipsi veluti stulti poti⁹ elegerūt i miserijs atq; putredine mūdi submergi. Hec oīa tibi declaraui: vt i te crescere facerē ignē desiderij sancti atq; cōpassionē ꝑiter ⁊ amaritudinē sup aīaꝝ interitu: vt ipsa cōpellaris īducere ac astrīgere me cū lachrimis: sudorib⁹ ꝯtinuis ⁊ humilib⁹ oīonib⁹ oblatis: aū me cū igni fero desiderio ad faciēdū ꝑiclitanti mūdo misericordiā. Ista ꝟo nō solū a te siue ꝓ te regro: sed ꝓ multis alijs creaturis ⁊ amicis meis qui ꝑcipientq; a mea caritate cōpellent vna tecuȝ exorare me: vt ipsi mūdo atq; corpori mistico sancte matris ecclesie pro qua tu taȝ assidue me rogas ego misericordiam exhibeaȝ. Quia iaȝ tibi dixi si bene recolis ꝙ ad implerem vestra sancta desideria prebendo refrigerium vobis in vestris laboribus: ⁊ ordinabo reformationem ecclesie sancte sicut penosa desideria vestra prestolantur in veros ⁊ virtuosos pastores: non cum gladio siue crudelitate guerre: sed cuȝ pacifica quiete: atq; lachrimis ⁊ sudoribus amicorum meorum quos: ego veluti colonos ordinaui vestrarum animarum atq; proximorum: ⁊ i corpore mistico sancte matris ecclesie. In vobis operando virtuteȝ in proximis autem ⁊ in ecclesia sancta doctrinam ⁊ exemplum: offerrēdo mihi ꝯtinuā oīonē in salutē omnium hoium: virtutes i ꝓximo ꝑturiendo. Qꝛ iā dixi tibi ꝙ oīs virtus siue defectus mediāte ꝓximo patrabat: vel augumētabat. Et ideo volo ꝙ vtilitatem ꝓximo vr̄o faciatis: ⁊ ita mihi dabitis acceptabilē fructū vineaꝝ vr̄aꝝ. Nō omittatis vllo tēpore odoriferꝝ icensum humiliū oīonum in ꝯspectu meo in salutē aiaꝝ adolere: qꝛ dispono mūdo facere misericordiam. Et cum ipsis orationibus: lachrimis atq; sudorib⁹ abluere faciē sponse mee: vȝ ecclesie sancte q̄ aliquando tibi monstrata fuit in forma domicelle cuiusdam inquinatam atq; deturpatam veluti leprosam faciem habentis. Hoc autem acciderat ex defectu ministrorum atq; toti⁹ christiane religionis qui se nutriunt ad huius sponse pectus de quoruȝ defectibus alibi tibi narrare dispono.

Qualiter hec anima petit a deo scire de statibus lachrimarum.
Capi.lxxxvij.

Tunc anima prefata cõsurgens ingẽti ⁊ ignifero d̃siderio velut ebria: tum ex vnione quam ĩ deo fecerat: ac etiam ex his que perceperat ex ore sũme veritatis: tum adhuc anxiata dolore propter ignorantiam hominuz qui non agnoscunt suum benefactorem nec affectum excellentissime caritatis eius: licet haberet in se quandaz viuam spem sancto gaudio plenam ex promissione sibi a domino facta: ⁊ q̃ modum eam ⁊ alios amicos suos aperte docuerat ad inclinanduz eum: vt mundo gratiose misericordiam faceret: leuauit oculum intellectus in dulcem veritatez altissimi vbi stabat vnita volens aliqua percipere de statibus anime de quibus audierat adeo: ad quos anima trãsit ipsis lachrimis operatiue mediãtibus. Ideo cupiebat audire differentiam ipsarum lachrimaꝝ: ⁊ quales erant: ⁊ vnde procedebant: ⁊ qui fructus in fine sequebatur post huiusmodi lachrymas. Et q̃ veritas ĩtelligi: vel agnosci nullo modo potest nisi ab ipsa veritate concedatur ideo petebat a veritate d̃clarari. Et in veritate nihil intelligit: vel agnoscitur quod cũ intellectus oculo nõ videatur. Expedit igitur volenti cognoscere q̃ auiditate surgat atq̃ desiderio cognoscendi cum lumine fidei oculum intellectus aperiẽdo cũ fidei pupilla in obiectuz veritatis. Postq̃ igitur hoc agnouit anima: quoniam oblita non erat doctrine quam ei veritas.i.deus exhibuerat attendens alia via scire non posse q̃ de statu atq̃ fructu lachrimarum optabat ingẽti desiderio se supra se leuabat vltra modum assuetum: ⁊ cũ lumine viue fidei aperiebat oculum intellectus in eterna veritate. In qua vidit ⁊ agnouit veritatem eorum que petebat. Deus.n. ineffabili benignitate sua condescendens ignifero desiderio suo petitionem eius exaudiebat.

De differentia lachrimarũ discurrendo per predictos anime status.
Capi.lxxxviij.

Dulcis antẽ veritas ait. Amabilis atq̃ carissima filia tu petis a me declarari de speciebus ⁊ fructibus lachrimarum: ⁊ ego desiderium huiusmodi tuum acceptando complebo. Aperias igitur oculũ intellectus: ⁊ ostendaz ex iam supradictis tribus anime statibus lachrimas ĩperfectas in timore fundatas. Prius vero dicaz de lachrimis iniquorum hominum. Iste sunt vtiq̃ lachrime damnationis. Secũde vero sunt lachrime timoris: eorum vz qui consurgunt ex timore pene peccatorum: ⁊ ex timore plorant. Tertie sunt illorum qui derelicto peccato me gustare incipiunt: vnde cum quadam dulcedine plorant ⁊ incipiunt ex amore mihi seruire. Sed quoniam amor ipsorum est adhuc imp/

fectus etiam est planctus corũ im
perfectus: vt aptius exponã. Quar
te lachrime sunt illorum qui ad per
fectionem in caritate proximi per/
uenerant in veritate me diligentes
absqꝫ respectu sui: ꝛ istorum planctꝰ
est omnino perfectus. Quinte quoq;
lachrime sunt vnite quasi cũ pre/
cedentibus que cum magna dulce
dine suauissime funduntur: vt ĩfra
tibi narrabo. Postea subiungam ꝺ
lachrimis igneis absqꝫ lachrimis oc
culorum: vt ego satisfaciam illis qui
plangere desiderant: ꝛ nullo modo
possunt. Et volo te noscere ꝙ omnes
isti diuersi status possunt esse succes
siue: sed exercitium virtutis in eadẽ
anima: quando primo timore deser/
to: ac amore imperfecto feruẽter at
tingit ad caritatem perfectam atqꝫ
statum vnitiuum.

Quomodo quinqꝫ sunt maneri/es lachrimarum. Capi. lxxxix.

PEr hunc ergo moduz in forma
bo te de lachrimis antedictis.
Et primo noueris omnem lachrimã
a corde procedere. Nullum. n. est in
homine membruz quod ita cordi sa
tisfaciat atqꝫ correspondeat: vt ocu/
lus: q: si dolorem habet oculus illi/
co manifestat. Et si dolor carnalis at/
qꝫ sensitiuus effundit lachrimas car
nales que mortem anime generant
quoniaz a corde ꝓcedunt ꝛ ab amo
re multum inordinato: me grauiter
offendendo. Ideo mortalem ĩde do
lorem habet: ꝛ similes lachrimas ef
fundit. Verum est ꝙ culpe grauedo
ꝛ plãctus est magis: vel minus gra/
uis iuxta mensuram amoris inordi
nati: qui sic lachrimant sunt illi pri
mi qui lachrimas mortis habent de
quibus tibi supradixi ꝛ infra dicaz.
Nunc videndum est de lachrimis q̃
vitam exhibent: vz illorum qui cul/
pas proprias agnoscentes ex timo/
re pene deplorant. Iste sunt lachri/
me cordiales atqꝫ sensitiue: q: vz nõ
habentes adhuc odium perfectum
contra cõmissam culpam: ex offensa
mihi facta procedunt cum quadaz
amaritudine cordiali propter penã
que sequit ex peccato cõmisso. Ideo
plorat oculus: quia satisfacere dolori
cordis affectat. Et si virtuose sanctũ
desiderium anima sumpserit huius
modi timorem õmittet: atqꝫ derelin
quet: q: cognoscet aperte ꝙ timor so
lummodo non sufficit exhibere sibi
vitam eternam: prout iaz tibi supra
narraui. Et ideo cum amore surgit
ad semetipsam agnoscendam: ꝛ in se
bonitatem meaz. Et incipit assume/
re spẽ viuam in misericordia mea ĩ
qua cor alacritatez habet. Et ita cul
pe dolorem immiscẽdo cum gaudio
spei diuine misericordie mee: tũc ocu
lus pias effundit extra lachrimas q̃
lachrime procuidubio de fonte cor/
dis egrediuntur. Sed q: nõ sunt ad
huc in statu perfectionis: aliquãdo
sunt iste lachrime sensuales. Et si tu
petis a me quare siue quomodo. di/
co tibi: q: radix amoris proprij non
est a se totaliter euulsa. Non dico ꝺ
amore sensitiuo siue corporali: quia
iam conculcauit illum: sed est vnus
amor proprius atqꝫ spiritualis cuz

anima vult habere cõsolationes spi
rituales: vel mentales a me: vel ali/
qua creatura mediante quam amo
re spirituali diligit. Et quando pri/
uatur consolatione sua intus: vel ex
tra: vꝫ intus consolatione mea: vel
extra mediante creatura siue super
ueniente diabolica temptatiõe: vel
hominum persecutiõe: cor ide penã
hꝫ. O cuiꝰ vero qui sentit amaritu/
dinẽ atqꝫ dolorẽ cordis effundit illi
co lachrimas ex quodã tenero gẽi/
tu quo sibimetipsi cõpatit amore ꝓ
prio atqꝫ spũali qꝛ voluntas ꝓpria
totaliter abnegata ⁊ ꝯculcata nõ ẽ.
Et ita lachrime sensuales effundun
tur: vꝫ ex passione spũali: quaꝫ tibi
narraui supra plenius ĩpfectioneꝫ.
Sꝫ aĩa virtuose crescẽdo semetipaꝫ
exercens i lumine notitie sui ꝯcipit
odium sanctum atqꝫ displicentiam
contra se: vnde trahit vnãm veram
noticiam mee bonitatis in se cum
quadam ignifera caritate: propter
quod incipit vnire se voluntateꝫ su
aꝫ ꝯformãdo cũ mea: vñ gaudiũ hꝫ
atqꝫ cõpassionẽ. Gaudiũ i se ꝑ gu
stũ amoris atqꝫ cõpassionẽ ꝓximo ꝑ
ut ĩ tertio statu tibi narraui. O cu/
ius vero qui cordi satisfacere cupit
illico gemit ex caritate mea: ⁊ ꝓxi/
mi sui: ⁊ cuꝫ amore cordiali solũmõ
dolet ex offẽsa mihi fcã ⁊ ꝓximi sui
detrimẽto ⁊ nõ de pena siue dãno ꝓ
prio. Qꝛ de se cogitare postponit: sꝫ
solũmõ cogitare studet quõ nomini
meo possit laudẽ atqꝫ gloriã exhibe
re. Et cũ anxio desiderio cibum assu
mere delectatur in mensa sanctissi/
me crucis habendo ꝯformitatẽ cuꝫ
humili ⁊ imaculato agno vnigeni/
to filio meo de quo feci pontem hu/
mano generi sicut iaꝫ dixi. Postqꝫ
ita dulciter anima transiuit per hu
iusmodi pontẽm sequendo mee ve/
ritatis doctrinam tollerando pati/
enter vna cũ dilectissimo filio meo
penam quancunqꝫ siue molestiam:
vt ego pro salute sua permisi ⁊ ip/
sa viriliter omnia portat non solum
modo patienter: imo libenter ⁊ ala
criter ac existimans ad quandam
gloriam aduersa quecunqꝫ pro no/
mine meo pati non quippe suo: sed
modo meo. Tunc inuenit vnam cõ
solationem atqꝫ tantaꝫ mentis quie
tem ⁊ tranquillitatem: qꝫ nulla lin/
gua corruptibilis exprimer̃ sufficit.
Ipsa nanqꝫ firmauit oculum intel/
lectus in me veritatẽ dulcem: ⁊ eter
nam quam visam agnoscit: ⁊ agno/
scendo diligit: nam affectus vtiqꝫ se
quitur intellectum: ideo gustat eter
nam deitatem meam. Et agnoscen/
do videt ipsam naturam diuinam
vnitam humanitati vestre: ⁊ tunc i
memari pacifico dulciter atqꝫ sua/
uissime requiescit. Cor. n. est vnituꝫ
in me reali ex affectu sincer̃ dilectio
nis. Et sic oculus effundit extra la/
chrimas valde magne dulcedinis q̃
directe veluti lac in vera patiẽtia
nutriunt animã. Iste lachrime sunt
velut vnguentuꝫ odore suauissimo
repletum: qui pretiosus odor etiam
a remotis auiditate multa percipi/
tur. O dilectissima filia qꝫ est h̃ ani
ma gloriosa que nouit: ita realiter:
atqꝫ prudenter a mari procelloso vi
te presentis ad me mare pacificum

pertransire: vbi vasculum cordis in
effabiliter implent eterna deitate
mea. Propter hoc oculus velud
aqueductus: vt extrarit a corde si/
bi satisfacere conatur: et sic effundit
habundāter atq; suauissime lachri/
mas. Hic est vltimus ille status in
quo cōsistit anima beata simul et do
lorosa. Beata quidem est ex vnione
quam in me fecit per sensum: amo/
rem gustando diuinuz. Dolorosa ve
ro cōsistit ex offensionibus quas in
me fieri conspicit qui suz eterna bo
nitas quam vidit: et gustauit in co/
gnitione sui atq; mei. Et propter hu
iusmodi cognitionez attigit adhuc
vltimum statuz. Nec impeditur ex
hoc ille status vnitiuus qui magne
dulcedinis lachrimas effundit ex
agnitione suimet in caritate proxi/
mi: vbi gemitum inuenit amoris ex
diuina misericordia mea; et amari/
tudinem ex offensa proximorum flē
do cum flentibus et gaudendo cum
gaudentibus. Hy nanq; sunt viuē
tes in caritate de quibus anima le/
tatur attendens a seruis meis exhi
beri nomini meo gloriam et laudez.
Itaq; secundus gemitus qui terti9
est non īpedit vltimuz qui quart9 ē
vnitiuū: sed vnus exhibet adiumē
tuz alteri. Quia si gemitus vltim9
vbi repperit anima tantam vnionē
non accepisset: a secundo statu qui
tertius est: vz in caritate proximi sua
perfectione procul dubio careret. Ita
q; necessarium est ꝙ vnus ab altero
condiatur. Aliter. n. vitabili psum/
ptioni pateret: q2 subintraret vnus
ventus inanis cuiusdam proprie re
putationis: et ita rueret ab altitudi
ne virtutis in profundum vitioruz
atq; primi vomitus. Ideoq; necessa
rium est iugiter in se caritatem pro
ximi retinere cum vera noticia sui.
Et ita nutriet ignem in se diuine ca
ritatis: quia proximi caritas exori/
tur a caritate mea: vz ab illa noti/
cia quam habuit anima cognoscen
do semetipsam atq; bonitatem me/
am in se. Ibi nanq; vidit se et agno/
uit ineffabiliter a me diligi: et ideo
cuz eodem amore quo se nouit ama
ri diligit omnez rationabilem crea
turam. Et hec est illa ratio propter
quam anima que me nouit et amat
illico succenditur ad amorem proxi
mi sui: quia feruenter amat illam
creaturā quaz amplius amo. Pro/
pter hoc etiam agnouit aperte: ꝙ
mihi nullam vtilitatem afferre po/
test neq; mihi reddere purum illuz
amorē quo se noscit a me diligi qua
re conatur iuxta posse reddere mi/
hi talem amorez in illo medio quod
ordinaui vobis: vz in proximo suo.
Est. n. illud medium cui debetis vti
litatem afferre: prout iam tibi dixi:
ꝙ omnis virtus proximo median/
te patrabatur. Vos amare de/
betis illo puro amore quo dilexi
vos hoc vero circa me facere non
valetis: quia dilexi vos non dile/
ctus a vobis: et absque respectu cu/
iuscunq; vtilitatis: et quia vos ama
ui ante quam essetis. Immo solus
amor quo vos dilexi me mouit ad
creādū vos ad ymaginē et similitu/
dinē meā. Ideo mihi reddere non
valetis huiusmodi gratuitū amorē:

sed a vobis exigo: vt illum exhibeatis vestro proximo: vz illum diligẽdo gratis omnino: sine respectu proprie cõmoditatis: vel vtilitatis: temporalis: sine spiritualis: ĩmo solũ ad laudem atq̃ gloriam nominis mei: ꝛ q2 diligitur a me. Et ita preceptũ legis implebitis: vz diligẽdo me super omnia ꝛ proximum vestrum sicut vosmetipsos. Ergo bene verum est ꝙ ad illam altitudinem attingi non valet vllo modo sine secundo isto statu: qui tertius est ꝛ secundus ad vnionem: nec etiam ex quo peruenit anima: conseruari potest si discederet ab illo affectu: vnde peruenit ad secundas lachrimas iam dictas: vt impleri non potest lex mea sine lege proximi vestri: q2 sunt duo pedes affectus per quos obseruantur precepta pariter ꝛ consilia: ita duo status isti de quibus factus est vnus in virtute nutriunt animam illam augumentando iugiter ĩperfectione vir. utis ꝛ in vnitiuo statu. Non quippe mutat alium statũ ex quo peruenit ad istum: sed in hoc eodem augentur diuitie gratiarum ĩ diuersis atq̃ nouis donis ꝛ admirabilibus eleuationibus mentis: vt iã supradixi cum quadam notitia veritatis: ita ꝙ in vita mortali consistẽdo quasi videtur ĩmortalis ex eo q2 sensus proprie sensualitatis mortificatus est: voluntas vero mortua est pp̃ vnionem in me factam. O q̃ dulcis est hec vnio cuilibet anime gustãti: q2 videt ꝛ intelligit absconsa secreta mea. Unde frequenter spiritu prophetie dotabitur agnoscendo q̃ futura sunt. Ista bonitas mea gratiose concedit quamuis humilis anima non debet hoc a petere: seipsam indignam existimando omnis proprie consolationis: pacis atq̃ serenitatis mentis ad nutriendam atq̃ conseruãdam intus in anima sua virtutem. Neq̃ consistit in secundo statu: sed descendit indilate in vallez agnitionis: proprie fragilitatis. Tamen autem istud anime gratiose cõcedo: vt ipsa quottidie crescat. Nam in vita presenti nunq̃ est in tãte ꝑfectiõe quin amplius in amore crescere valeat excepto filio meo dilectissimo cui nulla ꝑfectiõ potuit augeri: q̃m erat ꝛ est vnum mecum: ꝛ ego secum. Nam anima sua beata: tunc erat propter vnionem diuine nature. Uos vero peregrini quottidie crescere potestis: ĩmo debetis in maiori perfectione virtutis: non tamen ad alium statum sine gradum ex quo peruenistis ad vltimum: vt a me dictum est: sed eundez vltimũ augumentare potestis cum illa perfectione que placuerit vobis gratis mea mediante.

Repetitio breuis eorum que supradicta sunt. Et quomodo diabolus effugatur ab his qui peruenerunt ad lachrimas quintas.

Capi.lxxx.

NUnc ergo vidisti de statibus lachrimarum ꝛ illarum differentiam prout mee bonitati placuit explanare tuo desiderio satisfaciendo. De p. imis vz illoꝝ qui sunt

in statu peccati mortalis quorum plan ctus generaliter a corde procedit: quia principium affectus: unde lachrima venit omnino corrupti erat: et ideo gemitus ide corruptus egressus est etiam cum omnibus operibus eorum. Secundus gemitus est illorum qui propter penam que sequitur post culpam commissam incipiunt agnoscere mala sua que merentur. Hoc est quasi generale principium a me datum fragilibus qui veluti ignorantes in flumine se sponte submergunt vitando doctrinam unigeniti filij mei. Plurimi vero sunt qui se ipsos agnoscunt absque timore servili propter pene quorum aliqui subito procedunt cum odio sancto sui et quo se dignos existimant omni pena. Alij vero cum quadam commendabili simplicitate: mihi creatori suo serutire conatur dolentes de suis offensionibus contra me factis. Procul dubio magis aptus est ad perfectionem attingere ille qui cum odio magno sui procedit quam alij: licet exercendo se virtuose bene perveniunt etiam illi: sed iste prius: ille qui vadit cum odio sui vitare debet in timore servili remanere. Qui vero procedit cum illa simplicitate sua cave re debet ne remaneat in illa cum tepore mentis non exercendo se ferventer et virtuose. Hec tamen est una communis vocatio. Tertius atque quartus gemitus est illorum qui derelicto timore pervenerunt ad amorem atque spem: gustantes misericordiam meam in qua multa dona: et consolationes a me gratiose recipiunt. Ex quibus oculus qui satisfacere cupit sensui cordis cum gemitu lachrimas effundit. Sed quia gemitus adhuc est imperfectus mixtus cum planctu sensitivo spirituali sicut dictum est exercendo se ferventer: et virtuose pervenit ad quartum: ubi anima i sancto desiderio augumentata voluntati mee conformatur: et unitur in tantum: quod non valet optare vel velle: nisi queecunque volo caritate proximi vestita. Unde recipit in se quendam amoris gemitum cum amaritudine mearum offensarum: et animarum detrimenti. Hic est unitus cum quinta et ultima perfectione in qua realiter unitur ubi laudabiliter exercuit ignis sancti desiderij. Que ignem desiderij sustinere non valet adversarius hostis antiquus: sed illico fugit et animam ita succensam igne sancto nullo modo vulnerare potest: neque per iniuriam illatam quoniam in caritate proximi patiens effecta est: neque per consolationem spiritualem sive temporalem: quia per odium et humilitatem veram: hec omnia contemnit. Verum est quia diabolus ex parte sua nunquam dormit ullo tempore: et in hoc vos negligentes instruit qui tempore vestri lucri somno vacatis. Vigilia vero sua talibus nocere non valet: quia calorem huiusmodi caritatis eorum: nullo modo sustinere potest: nec odorem unionis quam i me mari pacifico fecerunt ubi non potest anima decipi dum unita persistit i me. Itaque fugit velocius: ut ab olla ferventi musca fugere solet ex timore magni caloris. Si autem olla

tepescit ipsa musca non expauescit: sed illaz ingreditur ibiqz moratur. Quamuis aliquotiens ipsa perit ibidem inueniendo maiorem calorem q̃ existimauerat inuenire. Et ita cōtingit anime priusq̃ ad statum perfectionis attingat. Diabolus indicans ipsam tepidam ingreditur ad eam cum varijs atqz multis tēptationibus. Cum autem est ibi prudētia sancta: calor alicuius feruentis voluntatis: atqz displicentia culpe virili virtute resistit voluntatem alligando ne consentiat cum funibus amoris virtutum ⁊ odij vitiorum. Letetur igitur omnis anima q̃ molestias atqz temptationes varias: ⁊ multas habet vndecunq̃ proueniant: quoniam illa est via perueniendi ad huiusmodi dulcem atqz gloriosum gradum. Quia si meministi dixi tibi q̓ ex vera noticia ⁊ odio vestri ⁊ agnitionis mee bonitatis i vobis: vos veniebatis ad perfectionē. Nullum itaqz tempus est in quo recognoscat anima sic aperte si sum i ea: sicut illo tempore multarum tribulationuz. Quia si bene cognoscit attendendo se temptationibus obsessam atqz circundatam ⁊ se liberare nequit neqz resister̃ quin illas habeat. Resistere quippe potest ne voluntas illis acquiescat aliter ꝙo nō. Tunc agnoscer̃ se potest atqz debet q꜡ per se nihil est. Si.n.esset: vel posset aliquid per semetipsam se liberaret a molestijs quibus omnino carere desiderat: ⁊ isto modo materiam habet humilitatis cum vera noticia sui. Et cum lumine sanctissime fidei recurrit ad me deum eternum cuius gratiosa bonitate sibi reperit voluntatem bonam esse seruatam que non consentit illis illicitis cogitationibus atqz temptationibus a quibus impugnatur. Rationabiliter igitur ⁊ iuste bene confortari debetis in doctrina dulcis ⁊ amorosi verbi: vz vnigeniti filij mei tempore multarum afflictionum: penarū temptationum ⁊ aduersitatum: vndecunqz ꝓueniant ex quo vobis virtutem augumentant: ⁊ ad statum ꝑfectionis viam exhibēt ⁊ adducūt.

Qualiter deus a quibusdam qui gemere desiderant ex ipsorum vtilitate subtrahit habere lachrimas.

Capi.xci.

Dixi tibi de lachrimis ꝑfectis ⁊ iperfectis: ⁊ qualiter oēs lachrime cuiuscūqz manerici ꝓcedūt a vasculo cordis quare possunt omnes vocari lachrime cordiales. Differentia solūmodo ꝯsistit in amore salubriter ordinato: vel inordinato: ⁊ i amore ꝑfecto: vel iperfecto. Nūc vero tibi dicere dispono: vt petitioni tue satisfaciā d̓ quibusdā qui vellent hr̃e ꝑfectionē lachrimaꝝ ⁊ vider̃ q̓ hr̃e nequeāt. Tales ergo si nequeant hr̃e lachrimas oculoꝝ ne se reputēt inanes hr̃e studeāt ignitas atqz cordiales lachrimas. Est.n. gemitus vnus ignitus: vz veri atqz sci ꝺsiderij. Ꝺ nis igit̃ illū ex amoris affectu q̄si ꝯsumit̃ ⁊ vitam suā l gēitu dissoluer̃ vellet ⁊ ꝯsumer̃ ꝑ odiū sui ⁊ ꝑ aiaꝝ salute: neqz vr̃ hoc optiner̃

posse. Tales inq̄ idubitanē hn̄t igni tas ꝛ multū acceptabiles atq̄ gratissimas lachrimas: ī qb⁹ sp̄us sc̄us: an̄ me ꝑ cis atq̄ ꝑrimis coꝝ vtilit ꝛ affectuose deplorat: q2 vz mea diuia caritas⁹ aīam offerrentem hec an̄xia desideria iugiter ante me flāma sua mirabili mō̄ succendit absq̄ lachrimis oculorum. Itaq̄ lachrime tales vere nuncupande sunt ignite: ꝛ isto modo potest dici spiritum sanctum in anima tali gemere. Que q2 nequit habere lachrimas oculorum offert anxium desideriū ꝛ affectuosam voluntatem habendi gemitum amore mei. Quanuis aperiens oculum intellectus apte cognoscet q̄ ī oī seruo meo qui flagrat odoresācti desiderij ꝛ humiles atq̄ continuas oīones offert in conspectu meo sp̄us sanct⁹ quottidie gemit. Et hoc velle videbat̄ exp̄mere gloriosus paulus apostolus cū ait. Ipse sp̄us sc̄us postulat ꝑ vobis gemitib⁹ ī enarrabilib⁹. Igit̄ apte cognoscere potes: q2 nō est efficacie minoris iste fructus ignitaꝝ huiusmōi lachrimarū q̄z sit ille lachrimaꝝ oculoꝝ: imo frequenter ē āplioris efficacie iuxta mēsurā amoris. Ideo talis aīa nullatenus: vz īduci ad aliq̄̄ mētis ꝯfusionē: nec existimet se priuatā: vel exclusam a gr̄a mea pro eo q̄ optat hīc lachrimas ꝛ hīc nequit eo mō̄ quo desiderat: sz eas optare vz ordinate cū voluntate: vz vniformi: cū voluntate mea ꝛ humiliter acceptare si do: vel si nego ꝓut volūtati mee placet. Alīq̄n̄ ego nō̄ exhibeo lachrimas oculoꝝ actualiter: vt aīa quottidie stet an̄ me cū oīone ꝯtinua ꝛ affectuoso desiderio gustādo me: q̄m̄ hn̄do q̄d a me postulat ei n̄ eēt vtilitatis illi⁹ quam existimat. Sz esset ī mēte sua quieta ꝛ ꝯsolata si petitōnē suā optatam hr̄et: ꝛ ita minueret̄ siue tepefieret affectus siue desideriū cū quo postulabat. Igitur in augumētum ꝛ non in defectū virtutis aliq̄n̄ subtraho lachrimas oculoꝝ: sz exhibeo mētales solūmō̄ atq̄ cordiales igne scō̄ diuine caritatis accensos. Itaq̄ semꝑ oī tp̄e pariter ꝛ in oī statu valde gratāter illas acceptabo: dū tñ oculus itellect⁹ veni nūq̄ āmoueat̄ siue claudatur ab obiecto mee veritatis eterne: sz cū amoris affectu lumie fidei illustretur. Quia vere sum optimus medicus vos aūt ifirmi: vnde cū magna diligentia cūctis administro ꝓut expedit vr̄e saluti cū augumēto ꝑfectionis aiaꝝ vr̄aꝝ. Hec ē itaq̄ declaratio statuū lachrimarū de qb⁹ a me p̄ma ꝛ eterna v̄itate tu dulcissima filia mea declarari petisti. Debes igitur submergere temet ipāz in sanguine yh̄u xp̄i crucifixi humilis ꝛ imaculati agni vnigēiti mei cū augumēto virtutū: vt in te nutriat̄ ignis diuine caritatis.

Quō. iiij. ex p̄dictis. v. statib⁹ lachrimaꝝ exhibēt varietates plurimas lachrimaꝝ: ꝛ quō de⁹ vult sibi s̄uiri cū re īfinita ꝛ n̄ finita. ca. xcij.

Isti p̄dci q̄nq̄ stat⁹ veluti q̄nq̄ p̄ncipalia canalia sūt quoꝝ q̄tuor exhibēt habūdātiā ꝛ īfinitā varietatē lachriaꝝ. Et oēs vitā exhi

bent in quantum exerceantur virtuose sicut ibi dicitur. Non dico q͡ i hac vita sitis in gemitu infiniti: sed infinitas eas voco propter infinitū anime desideriū. Nunc audisti quomodo lachrima ꝓcedit a corde: cor autem illam oculis porrigit quā prius in se conceperat ꝛ aggregauerat infinito desiderio. Velut viride lignum in igne positum quod vigore caloris gemendo fundit aquā: quia in se viriditatem habet. Si vero siccū esset: aqua nō effunderet: ita cor hominis agit humectatum viriditate atq̄ renouatione gratie: priuatum amoris proprij siccitate qui penitus animā exiccat a quolibet vigore fructifero. Et ita sunt vnite lachrime cum igne: vꝫ ignito desiderio. Et q͡ desiderium nunq̄ in presenti vita satiatur: neq̄ finitur ideo quanto plus amat: ei minus amare videtur. Et ita sanctum desiderium exercetur quod est in caritate fundatum ex quo gemit oculus. Etiam ex quo separata fuerit aīa post mortem a corpore pertingens ad me finem suum non āmittit ipsum desiderium suum: imo quottidie desiderat habere me simul ꝛ proximi sui caritatem. Quia caritas igreditur aulam eternam veluti domina secum auferendo fructum omnium aliarum virtutum. Finitur ergo quecūq̄ pena: non desiderium: vt iā tibi dixi. Anima nanq̄ me desiderat ꝛ ipsa me possidet: ꝛ i veritate fruitur absq̄ timore quocūq̄ perdendi qđ a multo tempore preterito desiderauit: ꝛ isto modo nutrit anima famē. Et dū famescit iugiter in me saciatur ꝛ saciata famescit: remotum est tamen a sacietate fastidium ꝛ a fame procul est omnis pena: quoniā in eterna beatitudine nulla pfectio deficit. Itaq̄ desiderium vestrum extenditur in infinitum: quoniam alias minime valeret aliqua virtus mihi seruiendo solummodo cū aliqua re finita. Nam ego qui sum deus vester infinitus a vobis volo seruiri cum infinita re. Vos vero nihil habetis infinitū nisi desideriū ꝛ affectum animarum vestrarū. Et ego sub hoc intellectu hoc dixi q͡ erant infinite varietates lachrimarū. Et ita veritas esse comprobatur ex infinito desiderio quod est cum huiusmodi lachrimis vnitum. Cum anima postea separatur a corpoē lachrima remanet extra: sed affectus caritatis ad se trahit omnem fructum ipsarum lachrimarum quas omnino consumpsit: velut aqua consumitur in fornace succensa. Nō q͡ aqua sit extra fornacem: imo calor ignis i se traxit eam atq̄ consumpsit. Sic anima que iam peruenit ad gustādum ignem diuine mee caritatis q̄ migrauit a vita presenti: cū affectu caritatis mee atq̄ proximi sui ꝛ cū vnitiuo amore cum quo lachrimas effundebat nūq̄ ōmittit offerre sancta dsideria sua: beata simul ꝛ lachrimosa sine pena. Non quippe lachrimas oculorum effundendo: q͡ iam est in fornace sic cocta sicut iā dixi: sed lachrimas ignis a spiritu sancto procedētes. Ergo vidisti quomodo debeāt infinite lachrime nominari.

Nam etiam in hac vita lingua tua non sufficit enarrare quot varii gemitus in statu predicto fiant. Ego vero tibi dixi differentiam illorum quattuor statuum lachrimarũ: nũc autem volo tibi dicere: de fructu quẽ producit lachrima effusa cum desiderio et quid operatur in anima.

De fructu lachrimarum mundanorum Capi.xciii.

vite in presenti seculo. Arraz utiqz recipiunt sed nō solutionē ad plenū Nā expectant illam in me vita durabili feliciter hērē vbi semper est vita sine morte: satietas absqz fastidio: atqz fames absqz pena. Quā est a fame remota quecūqz pena: nam ibi oēs habēt oia que desiderāt: tamen a satietate remotū est oē fastidiū qm̄ ego sum eius vite cibꝰ absqz defecta quocunqz. Sed in vita p̄nti recipiunt arrā isto mō: qm̄ incipit hic aīa famescere ⁊ feruenter optare mei patris eterni gloriā ⁊ honorē atqz cibū salutis animarū: ⁊ isto cibo famē suā pascit. Qr vz anima nutritur ex caritate proximi salutē cuius ingēti fame peroptat. Et hoc eius desideriū est ei quasi cibus ex quo nutrit̄. Nunqꝫ tamē in p̄nti vita satiat̄ qm̄ insaziabilis est: ⁊ ipsi quotidie remanet ipsa fames. Et velut arra est initiū securitatis, que datur hoi pro futura solutione cōpleta lz in se sit imperfecta: nisi qr recipiēs illā ē in mēte certificatus de solutione futura recipiēda: sic hec anima philocapta ⁊ vestita doctrina mee veritatis q̄ iā accepit arrā in se metipsa mee charitatis atqz p̄ximi sui expectat in vita durabili recipe p̄fectionē itegre solutiōis idubitanter. Hec arra qdē est iperfecta: naz aīa q̄ gustat illā nō hēt adhuc p̄fectionē absolute: ita q̄ nō sentiat ī se penā ⁊ in alijs. In se quippe penaz hz ex offensa mea pp legē p̄uersam q̄ ligat̄ in mēbris eiꝰ q̄ contra sp̄m ipugnat. In alijs āt ex offensiōe p̄ximi. Perfecta qdē est quo ad gratiā nō tn̄ in ea p̄fectiōe q̄ sci mei dotantur: qui iā ad me p̄uenerūt vitā durabilē sicut iā tibi dixi q̄ coꝝ affectuosa desideria sunt absqz pena: vestra vero sunt cū pena. Stāt igit̄ isti filii mei qui nutriunt̄ ad mēsaz huius desiderij sci: vt alias tibi dixi bti simul ⁊ dolorosi p̄ut vnigenitꝰ filiꝰ meꝰ in cruce stabat. Caro nāqz sua pp illata tormenta grauissima valde dolebat: sz eiꝰ aīa btā sp̄erat ex vniōe diuine nature. Similiter isti bti sunt ex vniōe sci desiderij eorū in me sicut iā dixi: qm̄ iduerunt ex toto dulcē voluntatē meā. Dolorosi vero sunt ex cōpassiōe p̄ximoꝝ ⁊ qr sensualitatē p̄priā iugiter affligūt auferendo sibimetipsis oēs delitias atqz sensuales consolationes.

Quō primus argui debeat volēdo vitare iudiciū falsū. Capi. cij.

Nunc aduerte carissima filia. Nā vt amplius esses in tua mēte declarata sup eo qd a me postulasti dixi tibi de cōi lumie quod oēs hic debetis ī quocūqz statu fueritis. Loquor de illis qui comorant̄ ī caritate cōi. Ac ēt tibi dixi de illis qui sunt ī lumine p̄fecto. Qd vtiqz lumē in duo tibi distinxi. Unū erat illoꝝ qui discedētes a seculari vita studebāt valde mortificare sua corpora. Scdm erat illoꝝ qui p̄ncipaliter vacabāt ad occidēdū p̄priā voluntatem. Et isti sunt illi p̄fecti qui se nutriebant ad mensam sancti desiderij. Nunc autem in particulari tibi loquar licet loquendo tibi pro-

derit etiam alijs: ⁊ ita tuo desiderio satisfaciam. Ego volo te ꝑcipue tria facere: vt ex ignorantia non impediatur in aliquo ꝑfectio tua ad quã ego te voco ⁊ inuito: ⁊ vt aduersarius diabolꝰ sub specie boni atqꝫ mãtello virtutis caritatis proximi nutrire non valeat in anima tua radicem presumptionis: quoniam hinc in falsa iuditia precipitareris que tibi prohibui. Tibi quidez iuste iudicare videretur: ⁊ econuerso tu iudicares iniuste sequendo tuum videre. Et aliquando demonium veritates tibi plures ostenderet: vt postea te precipitaret in falsitatem atqꝫ mendatium. Et hoc ideo faceret vt esses iudex intentionum atqꝫ mẽtium creaturarum habentium ĩ se rationem. Et hoc est absolute solummodo meum. Hoc est vnuz ex illis que volo ꝙ omnino serues: ⁊ habeas in te: vz ꝙ neminẽ iudices absqꝫ modo: sed volo iuditium tuum habere modum. Modus autez est iste ꝙ nisi defectum proximi tui prius expresse non soluz: semel vel bis: immo plures aperte manifestarem in mente tua non debes in particulari redarguere: vz illum in quo tibi videtur esse defectus. Sed in communi corrigere debes vitia te visitantium caritatiue: plantando virtutes: ⁊ cũ affabili benignitate. Tamen quando videris expedire cum benignitate poteris: etiam asperitatem immiscere. Quamuis ergo tibi videatur ꝙ ego tibi pandam defectus alienos: nisi cognoscas expresse meam esse reuelationem: vt iam dixi non arguas in particulari: sꝫ ambula per viam tutiorem: vt vitare possis astutiam atqꝫ fraudem diaboli. Quia cum hamo talis desiderij te decipere posset inducẽdo te ad iudicandum in proximo quod a veritate remotum esset: vnde posses eum sepe frustra ⁊ iniuste scandalizare. Unde fit in ore tuo silentium: vel vnum sanctum colloquium in cõmendando virtutes ⁊ vitia contemnendo. Et quando tibi videretur in proximo tuo defectuz aliquẽ agnoscere cum quadam humilitate dulci vnasecum: etiã temetipsaz argue. Tunc si vero vitium illud erit in proximo quem corrigere cupis: absqꝫ dubio corripictur: ⁊ emendabitur agilius attendendo se: ita dulciter esse comprehensum: ⁊ illico tibi dicet illud quod et dicere volebas. Tu ꝟo secura stabis: ⁊ ita diabolo precidisti: ⁊ obstruxisti viam: quia te decipeꝛ non valebit: nec impedire perfectionez anime tue. Itẽ volo te prudenter aduertere: qꝛ confidere non debes in aliqua visione: sed potius huiusmodi postrigare coneris: ⁊ eas humili corde vitare. Et solũmodo remaneꝛ studeas in agnitione tui: ⁊ in te cognoscere meam ĩestimabilẽ bonitatem. Ita faciunt illi qui peruenerunt ad statum perfectionis de quibus tibi dixi: quia quottidie redibant ad vallez cognitionis ipsorum. Neqꝫ tamen hoc impediebat in eis altitudinem vnionis quã in me fecerant. Et hoc vnũ est illorum trium que te volo seruare: vt in veritate mihi seruias.

Si quis in oratione videret ali/quem proximum esse tenebrosum: non tamen debet ex hoc a servo dei temere iudicari ꝙ ille sit in peccato mortali. Capi. ciiij.

SEcundum est de quo declarari petisti: ꝙ si quandoqꝫ con/tingeret: ꝙ me rogares in particulari pro aliquibus proximis tuis: ⁊ in oratione videres in vno pro quo rogas aliquod gratie lumen: ⁊ in alio ñon: licet ambo sint amici mei: sed tibi videretur: ꝙ vnus mentem haberet inuolutam atqꝫ tenebrosam: tu vero non debes: nec etiaꝫ virtuose potes eum iudicare: ꝙ graui cul/pe subiaceat: qꝛ frequentissime iuditium huiusmodi falsuꝫ esset. Unde volo te non ignorare ꝙ aliquando: tu me rogas pro eadem persona: ⁊ vna vice videbis eam cum lumine iocundo: ⁊ vno desiderio sancto co/ram me intantum: ꝙ de bono illius videbitur tibi: ꝙ anima tua pigue/scat: vt affect⁹ vere caritatis erigit: s. vt vnusquisqꝫ letetur: ⁊ exultet de prosperitate proximi sui: ⁊ alia vice videbis eum ita: ꝙ tibi videbitur mentem suam valde remotaꝫ a me totã teñebrosam atqꝫ molestijs exagitatam ita ꝙ tibimetipsi videbi/tur valde laboriosum orationem ef/fundere coram me pro eo. Quando qꝫ hoc ex aliquo contigit deffectu il/lius pro quo rogas multotiens ta/men occurrit: non ex deffectu suo: sꝫ quoniam ego deus eternus ab eius anima me subtrari per sensum pro/ut: ego frequenter ago: vt anima p/ueniat ad perfectionem prout: ego in statibus anime tibi narraui. Qꝛ me quandoqꝫ subtraho per sensum sed ñon per gratiaꝫ. Unde tunc anima non sentit aliquam dulcedinem vel consolationeꝫ: ideo mens est arida sterilis atqꝫ penosa quam penaꝫ etiaꝫ extendere pmitto: vsqꝫ ad animam illius qui orat pro tali. Et hoc ago ex affectuosa caritate quam habeo ad illam animam que recipit orationeꝫ: vt ille qui me rogat vna secum adiuuet ad dissoluendam nubem que mentem eius obumbrauerat. Itaqꝫ dulcissima filia vides cũ quãta procedit ignorantia: ⁊ quan/tum esset arguendus ille qui iudicare vellet ex ista simplici visione: qd vitium graue foret in anima tali qꝫ nis: ego demonstrassem: ita tenebrosam: de qua iam vidisti: ⁊ intellexi/sti: qꝛ non est priuata gratia: sed so/lummodo sensu dulcedinis quam ei de me dabaꝫ. Igitur volo tu quoqꝫ velle debes: ⁊ alij serui mei ꝙ at/tendatis: valde diligenter ad agni/tionem vestri: vt perfectius agno/scatis in vobis inextimabilem bo/ñitatem meam. Et hoc ⁊ aliud etiã iuditium mihi relinquatis: qꝛ meũ est ⁊ non vestruꝫ. Sed õmittatis iuditium quod vtiqꝫ meum est ⁊ assumatis vestre menti compassionem: erga proximum cum fame honoris mei atqꝫ salutis animarum cuꝫ anxio desiderio ãnunciando virtutes: vitia vero redarguite in vobis ⁊ in eis: vt ibi superius est expressuꝫ. Et in hunc modum in veritate venies ad me demõstrans apte meminisse

doctrine cum obseruantia comēdabili quam ab incarnata veritate recepisti vȝ in omnibus voluntatem meā iudicando ꝛ non voluntatem hoīum. Et ita facere debes si desideras in veritate virtutē adipisci realem ꝛ in morari iugiter in vltimo ꝑfectissimo atqȝ glorioso lumine nutriendo te semꝑ in mensa desiderij sancti de cibo salutifero aīarum ad gloriā ꝛ laudē sancti mei nominis.

Quō penitentia sūmi non vȝ ꝓ fundamento principali sed affectus ꝛ amor virtutum. Capi. ciiij.

Tibi carissima filia dixi de duobus nūc vero tertiū addā qd a te requiro circa qd hēas aduertētiā ꝛ argue temetipsam si qñqȝ molestiam senseris a diabolo: vel a presumptione tua desiderando videre seruos meos oēs ambulare ꝑ viam illā ꝑ quam tu vadis. Nam hoc eēt ꝯtra doctrinā quam veritas incarnata tibi tradidit. Q꞉ frequēter occurrit ꝙ aliq vadunt ꝑ viā abstinētie: vel admirabilis penitētie: ꝛ ita vellent oēs agere. Si vero ita fieri nō viderint assumunt inde displicētiam ꝛ i se scādalizanť iudicādo tales nō ambulare salubriter. Attēde ꝙ isti valde decipiunť: q꞉ frequēter accidit ꝙ ille de quo sic iudicāt ampliorē merebiť hīc grām lȝ ipse se nō affligat in tanta penitentia qȝ illi q scādalizanť in eo ꝛ maiori penitētia ꝯterunť. Et ideo tibi iam dixi ꝙ illi qui pascunť ī mensa penitentie nisi ꝓcedant cū humilitate vera: ꝛ ꝙ ꝓ ꝑncipali fundamēto: ꝛ affectu non assumāt pniam ipsam: sȝ ꝓ virtutis istrumēto: sepe ꝑꝑ huiusmodi murmuratiōnē suā ꝑfectionē offendūt. Et ideo nō debēt ignorāter icedere sȝ attēdere: q꞉ ꝑfectio nō ꝯsistit solū mō ī macerādo corpus: imo potius i occidēdo ꝑuersam atqȝ ꝓpriā volūtatē. Et ꝑ hāc viā abnegate voluntatis ꝛ voluntati mee subdite desiderare debetis oēs ābulare. Hec ē doctrina lucis illꝰ luminis gloriosi ī quo aīa philocapta currit induta realiter voluntatē meā. Nō tñ ego ꝯtēno penitētiā: q꞉ penitētia quidē vtilis ē ad domādū atqȝ castigādū corpus qñ cōtra spm ipugnare vellet. Sȝ amātissima filia nolo ꝙ hoc accipias tanqȝ regulā oībus iponēdā. Nā oīa corpora nō sunt equales cōplexionis q꞉ nature fortioris est vnus qȝ alter. Et ēt q꞉ frequēter occurrit ꝙ ꝑꝑ accidētia diuersa penitentiā iā iceptam oportet ōmittere. Itaqȝ si fundamētū esset i te: vel alteri ꝑsuaderes ꝙ sup penitētia faceres vel faceret oīo deficeret ꝛ esset ī ꝑfectū. Et ita ꝯsolatio vobis abeēt ꝛ virtus in aīa cū effectis priuati re quā iordinate diligebatis vbi feceratis ꝑncipiū vestrū: ꝛ ita iudicaretis vos esse ꝑuatos grā mea. Sic igitur existimātes veniretis ad īportabile tediū ꝛ īgentē amaritudinē atqȝ ꝯfusionē ex quo ꝑderetis exercitium vestrū atqȝ oīonē feruentē quā offerre mihi solebatis agēdo penitētiā illā. Qua dimissa ꝑꝑ occurrētia plurima: nō sapit vobis oratio illo mō quo prius: imo quodāmodo vi

deĩ iſipida. Hoc vero ꝯtingeret qꝫ
fundamentũ eſſet collocatũ in cor/
porali penitẽtia ⁊ in eius affectu: ⁊
nõ in anxio deſiderio ſancto. Deſide
riũ ĩtelligo ſãcꝫ atqꝫ realiũ virtu
tum. Itaqꝫ potes attente ꝯſiderare
quot inconuenĩetia mala ſequerent̃
vobis volendo facere ꝑncipiũ atqꝫ
fundamentũ i penitentia corpora i
qꝫ procederetis ignorãter ⁊ iniuſte
murmuraretis ꝯtra ſeruos meos ⁊
veniretis ad amaritudinẽ valde te
dioſam. Et mihi ſeruire ſtuderetis
opibus finitis cũ ego ſim bonũ eter
nũ: ⁊ ĩfinitũ: ⁊ ideo a vobis expecto
deſiderium infinitum. O portet er/
go ꝙ fundamentum veſtrum ſit in
occidendo ⁊ abnegando propriam
voluntatẽ: ⁊ cum ea voluntati mee
ſubiecta mihi prebebitis infinitum
ſamelicum atqꝫ dulce deſideriũ ho
norem meum exquirendo: ⁊ anima
rum ſalutem. Et ita nutrietis vos ĩ
menſa ſancti deſiderij quod nunq̃ ĩ
ſe vel in ꝓximo ſuo ſcandalizatur
ſed in omnibus exultando gaudet
atqꝫ fructum extrahit de tot: ⁊ ita
varijs modis quos in animarum ſa
lute teneo. Non ita faciunt illi mi/
ſeri qui doctrinam iſtam obſeruare
nolunt viam vtiqꝫ dulcem atqꝫ dir
rectam a dilectiſſimo filio meo vo/
bis exhibitam ⁊ oſtenſam: imo faci
unt oppoſitum indicando temere
iuxta. cecam infirmitatem eorum.
Et ideo veluti frenetici ſuam viam
ignorant: vnde ſemetipſos inueni/
unt eſſe priuatos bono terreno pa/
riter ⁊ celeſti. Et vt alias dixi guſtãt
in vita preſenti arraꝫ inferni.

Repetitio in ſumma cum qua/
dam additione de reprehenſione ꝓ
ximi. Capi. cv.

Nunc ergo filia cariſſima ſa/
tiſfaciendo tuo deſiderio de/
claraui te ſuper eo quod a me poſtu
laſti vꝫ quomodo proximum argue
re debeas ne quandoqꝫ demoniaca
fraude decipiaris: nec etiam ab in/
fimo inditio tuo: quia vꝫ in genera
li arguer̃ debes: ⁊ non in ſpeciali ni
ſi forte tibi reuelaſſem expreſſe: ſed
cum humilitate ſicut admonui te
redarguere debes vna cum eis te/
metipſam. Etiam tibi dixi ⁊ itera/
to dico: quia nullo modo licet tibi
iudicare creaturam aliquam ratio
nalem in cõmuni ſiue particulari:
neqꝫ mentes amicorum meorum ſi
ue repperias eas eſſe diſpoſitas: vel
etiam indiſpoſitas: propalando ti/
bi cauſam quare iudicare nõ debes
quia iudicãdo proculdubio te frau
datam inuenires in tuo inditio.
Sed tu pariter ⁊ alij compaſſioneꝫ
habere debetis: inditium vero mi/
hi relinquatis. Etiam te docui do/
ctrinam quaꝫ exhibere debes veni
entibus ad te pro cõſilio quomodo
poſſint egredi de tenebris mortali/
um peccatorum: ⁊ viam proſequi
virtutum: vt videlicet eis exhibere
coneris pro principio atqꝫ funda/
mento virtutum amorem: ⁊ affe/
ctum cum ipſorum agnitione pari/
ter ⁊ mee bonitatis ĩ eis ⁊ abnegẽt
⁊ occidant in ſe propriam volunta/
tem: vt in nullo mihi penitus rebel
les inueniant. Penitẽtiã aũt eis ex

hibe velut instrumentum virtutis: ꝛ non pro affectu principali: sicut iã dixi: non tamen equaliter omnibꝰ: imo prout videris eos ad portandum aptos: ꝛ iuxta possibilitatem atqꝫ statum suum. Aliqui possunt amplius aliqui vero minꝰ: ẜm aptitudinem exteriorum instrumentorum. Et qꝛ te monui ꝙ in generali proximos argueres: ꝛ non in particulari: nolo tñ vt credas ꝙ actualiter videndo quendam expressum defectũ in proximo tuo tu non possis eum corrigere inter te ꝛ ipsum imo potes. Et etiam si esset obstinatus ad se corrigendum ordinate potes ꝛ iuste manifestare duobus: vel tribus. Et si non prodest ita fecisse potes ecclesie sancte corpori mistico patefacere. Sed ego te cautam esse volui ne temere iudicare velles ex aliqua visione levi: vel per sensum ĩ tua mente: nec etiam per visum exteriorem tu non debes precipitanter: ꝛ incaute prorũpere ad arguendum proximum in speciali: nisi tibi constaret a me procedere per expressam reuelationem: ꝛ eo modo sicut iaꝫ dixi. Hec via tutior est vt a diabolo decipi non valeas sub vmbra caritatis proximi.

De signis ad agnoscendum: quã do visitationes: ꝛ visiones mẽtales adeo sint: vel a diabolo. Capi. cvi.

Expleui carissima filia declarare te super hoc articulo ꝗꝫtum expediens est ad conseruandã ꝛ augendam perfectionez in anima tua. Modo te declarare volo super eo quod a me postulasti: vꝫ de signo quo possis aperte cognoscere si visio vel visitatio mentalis quaꝫ anima recipit aliquando: fuerit a me: vel a diabolo. Super hoc alias tibi dixi ꝙ quando procedit a me visitatio signum erat alacritas in anima remanens post visitationem famesqꝫ virtutum ꝛ precipue cum anima remanet vncta virtute profunde humilitatis atqꝫ diuine caritatis igne succensa. Sed qꝛ petis vtruꝫ in alacritate tali possit interesse fraus aliqua diabolica: quia si sic esset velles via tutiori perambulare: vꝫ habẽdo ꝛ attendendo signum virtutis q̃ decipi non valet: ego tibi pandam in presenti fraudem q̃ ue recipi potest: ꝛ quomodo cognoscere possis vtrum allacritas illa fuerit in veritate an non. Fraus inimici potest isto modo recipi. Ego volo te nosse quia quodcunqꝫ creatura rationalis amat vel optat haberẽ postq̃ꝫ habuit inde gaudium habet. Et quanto magis amat id quod habet tãto minus videt: vel prudenter agnoscerẽ studet: vnde venerit ex delectatione quam habet: ꝛ assumpsit habendo rem quam optauerat. Que delectatio: vel alacritas inordinata mentem eius impedit ne videat vel discernat. Sic isti qui delectantur ꝛ appetunt habere consolationes huiusmodi: mentales: visiones exquirunt ꝛ amplius principalem affectum in cõsolationis delectatione posuerunt q̃ꝫ in me directe. Sicut ego tibi dixi de illis qui adhuc

erāt in statu imperfecto qui magis
attendebant ad donum consolatio
nuz quas a me donatore recipiebāt
ꝙ ad mee caritatis affectuz cū quo
largior eis. Hinc ergo tales in alla
critate sua facillime decipi possunt
vltra fraudes alias quas in alio lo
co tibi distincte recitaui. Aliquādo
nanqz fraudantur in isto. Qr post
ꝙ ipsi conceperunt amorez ꝛ auidi
tatem ad huiusmodi consolationes
vt est dictum ex quo postea recipit
consolationem: vel visionem eorum
anima letatur valde: qr se recipisse
videt quod amat ꝛ optabat habere
Unde sepius hec allacritas a demo
nio procedere posset licet allacrita/
tem huiusmodi sentiret de qua tibi
dixi ꝙ quādo visitatio procedebat
a demonio veniebat ad animaz cū
quadam allacritate postea vero cū
pena remanebat atqz cōscientie sti
mulo vacua virtutum desiderio.
Nunc autem auiso te ꝙ anima quā
doqz poterit alachritatem istaz ha
bere ac etiam cum eadez ab oratio
ne surget. Attente tamen aduerten
dum est quia si fuerit hec allachri/
tas absqz virtutis ignifero deside/
rio ꝛ humilitate peruncta non re/
manserit anima: nec ī fornace mee
diuine caritatis exusta talis visio:
consolatio: ꝛ visitatio indubitanter
a diabolo procedit: ꝛ non a me non
obstante: ꝙ anima signum allachri
tatis in se perceperit. Sed quia ta/
lis allachritas iuncta non est cum
affectu virtutis modo predicto ma
nifeste patet alachritatez illam ab
amore mentalis consolationis pro/
prie procederē. Ideo letatur anima
gaudēdo ꝙ habet quod optauerat.
Naz est amoris vera conditio in oc
currētibus quibuscūqz sentire gau
dium habendo quod amat ꝛ optat.
Itaqz confidendum non est in hac
allachritate pura: licet allacritas il
la simul cum tali consolatione per/
duraret: vel etiam vltra. Quoniaz
amor ignorans ex ipso gaudio non
agnosceret ibi fraudem ad esse dia/
bolicam non ambulando caute cuz
ampliori prudentia. Si vero pru/
denter ambulare studebit attente
considerabit vtruz allachritas ista
associata fuerit ab affectu virtutū.
Et ita manifeste perpendet visionē
huiusmodi fuisse meam vel diabo/
li. Hoc est ergo signū illud quo me
diante possis intelligere qualitatez
huius allachritatis quando mens
visitatur a me: vz cum est vnita cuz
affectuoso desiderio virtutuz. Hoc
est vtiqz verissimum signum: vt qui
libet agnoscere possit aperte quan/
do visitatur a me: vel quando talis
allachritas ab amore cōsolationis
proprie procederet. Etiam visitatio
diabolica cognoscitur aperte: quia
prebet aliquaz allachritatē in aspe
ctu primo: ꝛ in fine tantam virtutē
in se repperit quantam prius habe
bat: ꝛ allachritas ista procedit ab
amore proprie consolationis quam
optat: vt est tibi supradictum. Etiaz
volo te nosse ꝙ non omnes ab hac
allacritate decipiuntur: nisi solum/
modo tales imperfecti qui letātur
gaudendo talibus visionibus atqz
propriis cōsolationibus qui magis

attendūt ad mea dona q̄ȝ ad me donatorē. Sed illi qui pure sine respectu proprie consolationis eorum attendunt ad affectum mee diuine caritatis cū qua largior ab hac allachritate nullatenus decipi valent. Et ideo subito recurrūt ad istud verissimū signum qn̄ diabolus vellet aliqn̄ cū fraude transformando se in angeluȝ lucis eos illaqueare siue decipere veniens ad mentes eoȝ cum alachritate iocunda. Ipsi vero qui minime passionati sunt ab amore ꝓprie ꝯsolationis illico prudenter in mentibus eoȝ agnoscūt diabolicaȝ fraudē. Nā allachritate cito ꝑtercūte ꝯspiciunt se tenebris esse circūdatos. Et ideo semetipsos humiliāt cū vera noticia sui ꝯtēnendo q̄ȝcunqȝ ꝯsolationē amplectentes: ꝛ astringētes mee veritatis doctrinā. Demoniū vero vidēdo se ꝯfusuȝ vltra nūq̄ȝ vel raro saltē sub illa forma redibit. Illi ṽo qui suas ꝯsolatōes appetūt: vt ibi dixi sepe decipient nisi diligēter attēdāt ad huiusmodi fraudem agnoscendā: ꝛ vitandā eo modo quo supius ē expssum: vȝ inueniendo talē allachritatē absqȝ virtutis affectu ꝛ si nō ꝑcipiant postea se virtutis humilitate punctos ꝛ vera caritate succēsos erga meū honorem ꝛ aiaȝ salutē: hoc egit mea bonitas inestimabilis. s. q̄ ita ꝓuidit circa vos iperfectos atqȝ perfectis in quolibet gradu ne decipi hoies valeant inquantū in se ꝯseruare voluerint lumen intellectus a me gratiose ꝯcessum cū pupilla sanctissime fidei. Nec obūbrari se ꝑmittant ab aduersante demonio: nec ab amore proprio qd̄ si sponte ꝑdere non vultis null⁹ oio a vobis poterit auferr̄.

Quomodo deo valde placet ille qui petit ꝛ pulsat cum perseuerantia ad ianuā sue veritatis. Ca. cviij.

SAtis apte carissima filia tui oculum intellectus illuminaui: vt prudenter vitare valeas inimici generis humani fraudes tuo desiderio satisfaciendo super eo qd̄ a me postulasti: quia non contemno sancta desideria seruorum meorum imo libenter accepto: ꝛ vos ad postulandum inuito. Et quod amplius est. Amātissima filia noueris qꝛ valde mihi displicet ille qui nō pulsat in veritate iuxta portam sapientie vnigeniti filij mei sequendo realiter saluberrimam doctrinaȝ eius. Quam omnis quin sequitur voceȝ sancti desiderij pulsat iugiter orationibus humilibus atqȝ continuis vociferans ad me patrem eternuȝ. Ego vero sum pater ille qui vobis exhibeo panem gratie celestis mediante porta dulcis mee veritatis. Aliquando tamen ad probāda vestra desideria vna cum perseuerantia dissimulo vos audire tamē vos intelligo ꝛ interim prouideo prout expedire video saluti vestre. Insuper exhibeo famem vobis ꝛ vocem qua clametis ad me. Postea vidēdo constantiam vestram: desideria vestra libenter adimpleo quando sunt ordinata ꝛ in me directa. Ad ita petendum atqȝ pulsandum ve-

ritas incarnata vos invitabat in evangelio dicens. Querite ⁊ invenietis: petite ⁊ accipietis: pulsate ⁊ aperietur vobis. Et ita volo te facere: q̄ nunq̄ ullo tempore desistas a me subsidium ingenti desiderio postulare: voce grandi mihi supplicando: ut mūdo miserabili misericordiam faciam: neq̄ pulsare desistas ad ianuam veritatis incarnate sequēdo realiter vestigia sua. Delecteris insuper in cruce secum manducando cibum animarum ad gloriam atq̄ laudem sancti mei nominis iugiter emittendo mugitum cū cordis anxietate super morte generis humani: quia vides ipsum ad tā tam miseriam adductum q̄ lingua tua nesciret exprimere. Cum huiusmodi mugitu ⁊ clamore meoꝝ amicorum dispono mūdo facere misericordiā. Et hoc est quod a te: necnon ⁊ ab aliis amicis meis iugiter expeto: ⁊ hoc erit pro signo q̄ in veritate me diligatis. Et ego ꝓmitto vobis vestra sancta desideria nullo modo contemnere.

Qualiter h̄ anima deo regratiatur deindeq̄ pro toto mundo facit orationem ⁊ precipue pro suis ī christo filiis ⁊ pro duobus patribꝰ anime sue. Postea aliqua postulat.

Capi.cviii.

Tunc anima p̄dicta tāq̄ ebria videbatur extra semetipsam ⁊ alienatis ex toto sensibus corporalibus ex amoris unione quā in creatore suo fecerat: elevata mente speculando veritatem eternam cū oculo intellectus veritate cognita: philocapta fuerat in ipsa dicens. O sūma ⁊ eterna dei bonitas: que sive q̄lis ego sum humilis atq̄ paupercula cui tu pater eternus ita dignatꝰ es tuam patefacere veritatem: ⁊ occultas diabolicas fraudes ac etiam proprii sensus vitabilem passiōnem imo deceptionem qua ego pariter: ⁊ alii servi tui decipi possumus in ista miserabili vita nostre peregrinationis: ut ambulemus cum cautela prudenti? Quis obsecro te monuit. Solus amor: quia me dilexisti non amatus a me: imo priusquam essem. O dilectionis ignis ineffabilis. Gratias: gratias ago tibi pater eterne. Quia sum imperfecta circundata tenebris obscuris. Tu vero perfectio summa ⁊ lux inaccessibilis ostendisti mihi perfectionem: ⁊ viam lucidissimam doctrinam: videlicet optabilem atq̄ salubrē unigeniti filii tui. Ego iam obieram ⁊ tu me resuscitasti. Multo tempore iacueram infirma tu vero mihi medicinam exhibuisti. Nec solummodo medicinam pretiosi sanguinis unigeniti filii tui quam universaliter humano generi tribuisti: sed in particulari mihi tradidisti medicinam optabilem: contra quandam occultam egritudinem quam etiam ignorabam: nec illam agnoscebam instruendo me: q̄ nullatenus ego iudicare presumam aliquā rationalem creaturam: ⁊ precipue servos tuos de qbꝰ aliqn̄ velut exce

cata ꝛ egrotans hac eram infirmi/
tate corrupta quia sub colorata spe
cie tui honoris atqꝫ salutis anima/
rum ego temere iudicabaz. Et ideo
tibi regratior affectuoso corde sum
ma ꝛ eterna bonitas: qꝛ manifestan
do veritatem tuaz diabolicas frau
des atqꝫ passionem propriam tu mi
hi notificasti meam egritudinem.
vnde maiestati tue supplico: vt mi/
sericorditer atqꝫ gratiose mihi con/
cedas: vt hodie finis imponatur: ꝛ
terminus: vt ego nunqꝫ egrediar a
via saluberrime doctrine tue quam
mihi pariter: ꝛ aliis omnibꝰ qui se/
qui voluerint eam ita gratiose tri/
buisti: quia sine te nihil omnino fie
ri potest. Igitur ad te confugiendo
recurro pater eterne. Neqꝫ ꝓ me so
la tibi supplico: sed vniuersaliter ꝓ
toto mundo ꝛ precipue pro corpore
mistico sancte matris ecclesie: peto
ꝙ ista tua sacra doctrina reluceat i
ipsius ecclesie sancte ministris. Ma
xime vero singulariter a te cum in/
stantia postulo ꝓ cunctis illis quos
mihi dedisti: vt amore precipuo dili
gaz quos ex affectu singulari fecisti
vnum esse mecum. Nam ad honorē
ꝛ laudem tui sancti nominis mihi
valde gratum ꝛ acceptabile refrige
rium erit eos ambulare videndo cū
sancto feruore per viam huiusmodi
dulcem atqꝫ directam. Opto nan
qꝫ ꝙ ipsi per eam velocissime curāt
mortui penitus ad omnem volun/
tatem propriam absqꝫ iuditio quo/
cunqꝫ temerario: sine scandalo: sine
murmuratione contra proximum.
Et amor mi dulcissime supplico ti/
bi ꝙ nullus eorum ab infernali de
monio de manibꝰ meis auferatur
vt in vltimo die perueniant omnes
ad te patrem eternum. Insuper of/
fero maiestati tue petitionem aliaz
pro duabus columnis vz pro duo/
bus patribus quos ad custodiaz at
qꝫ doctrinam in terra mihi tribui/
sti a principio mee conuersationis:
vsqꝫ nunc in subsidium ꝛ ad robo/
randam infirmitatem meaz vt eos
insimul vnias ꝛ in duobus corpori
bus vnam animam introducas: ꝛ
neuter eorum attendat ad aliud qꝫ
ad perficiendum in eis: ꝛ in miste/
riis que sibi in manibus hodie po/
suisti gloriam ꝛ laudez tui sancti no
minis in salutem animaruz. Et ego
miserabilis ꝛ indigna serua: vt filia
modos illos cum debita reuerentia
teneam erga illos amore tui: qui ce
dant ad honorem tuū pacem ꝛ quie
tem ipsorum ꝛ hedificationem pro
ximorum. Certissime spero veritas
eterna: quia non condēnes affectuo
sum desiderium meum: neqꝫ petitio
nes quas obtuli maiestati tue. Naz
aperte vidi ꝛ agnosco ꝓut voluisti
mihi patefacere licet etiam experi/
entia me docuerit: qꝛ sancta deside/
ria libenter acceptas. Ego autem i
digna serua tua conabor iuxta pos
se gratia tua fauente doctrinam at
qꝫ precepta tua cum diligentia ser/
uare. O pater eterne recordor vni/
us verbi tui quando recitabas ali/
quid de ministris ecclesie sancte: qꝛ
promisisti ꝙ alibi latius enarrares
de defectibus quos hodierna die cō
mittunt. Ideo si placet implere pro

missum audiam: vt augeatur in me materia doloris atq; compassionis cum sancto desiderio in salutem ipsorum. Jam. n. supra promisisti q cum oratione continua: lachrimis: doloribus sudoribus atq; multa tollerantia seruorum tuorum nobis exhiberes optabile refrigerium in sanctis z bonis pastoribus ecclesiaz virtuose reformādo. Ut igitur hoc in me crescat ideo postulo.

Quomodo deus hanc animam ad orationem sollicitat respondendo ad aliquam supradictarum petitionum. Capi. cix.

TUnc deus eternus misericordie vertens oculuz: huiusmodi desiderium vna cum illis petitionibus acceptabat: z vltime petitioni quam ei porrexerat volendo satisfacerē dixit. O carissima filia super eo quod a me postulasti tuum desiderium adimplebo dum tamen ex parte tua non cōmittas ignorantiam siue negligentiam: qr multo grauius offenderes: z acriori reprehensione digna fores postea q̄ prius: qr clarius: z amplius de mea veritate cognouisti. Et ideo valde sollicite d bes orationes effundere pro creaturis omnibus rationalib⁹: z pro corpore mistico sancte matris ecclesie atq; pro illis quos tibi tradidi: vt amore singulari diligas. Igitur absq; negligentia iugiter orationem offeras in conspectu meo prebendo ꝓximis in vita virtutis exemplum: atq; verbi doctrinam: arguendo vitia: z cōmendando virtutes indefesse. De columnis vero quas tibi gratiose concessi z de quibus mihi dixisti fac vt sis eis vnum medium tribuendo vtriq; prout expedit: z ſm aptitudinem eorum: vt ego creator tuus instruxero te: quia sine me nihil omnino potes facere: z ego tua desideria salubriter adimplebo. Sz vide ne defficiatis: tu z ipsi fideliter in me sperando: quia prouidentia mea nunq̄ defficiet vobis. Et quilibet humili corde recipiat illud qđ est aptus ad recipiendum. Et vnusquisq; ministret illud quod: ego tribui z in futuro tribuaz ad ministrādum iuxta modulum suum: prout a mea bonitate recepit z recipiet.

De dignitate sacerdotuz atq; de sacramēto corporis yesu christi. Et de his qui digne vel indigne suscipiunt vel cōmunicant. Capi. cx.

NUnc vero tibi respondere dispono super eo quod a me postulasti de ministris ecclesie sancte. Et vt veritatem apertius agnoscere valeas aperi oculum intellectus z ipsorum excellentiam attendere diligēter: z in quāta dignitate sunt a me constituti. Et quia contraria iuxta se posita magis elucescunt. volo tibi demonstrare dignitatem eorum qui virtuose thesaurum a me cōmissum in manibus eorum exercent. Et ex hoc apertius intelligere poteris miseriam eorum qui hodie pascuntur siue nutriuntur ad vbera sponse mee. Tūc vt obediret aīa

speculabatur attentius in veritate
vbi videbat aperte relucere virtu
tes in veris gustatoribus. Tūc ait
aie deus eternus. Carissima filia ꝑ
us tibi volo narrare dignitatē cor
in qua pp bonitatē meā coscolloca
ui vltra generalē amorem ꝙ habeo
⁊ ondi ceteris creaturis meis crean
do vos omnes ad imaginem atqꝫ si
militudinē meam. Et posteavos ad
gratiam in sanguine dilectissimi fi/
lij mei recreaui vnde venistis ad tā
tam excellentiam ex vnione diuini
tatis facta per vnigenitum filium
meum in humana natura: ꝙ in hoc
excedditis angelos: quia vestraꝫ hu
manam ⁊ non angelicam vniuit si/
bi naturam. Unde sicut iaꝫ diri de
us factus est homo: ⁊ homo factus
est deus ex vnione vtriusqꝫ nature.
Dignitas hec ⁊ excellentia: genera/
liter est cōcessa creaturis omnibus
que sunt ratiōe capaces. Inter om/
nes autem elegi ministros meos ꝑ
salute vestra vt ab eis vobis quot/
tidie sanguis vnigeniti filij mei mi
nistretur qui vere est humilis ⁊ in
maculatus agnus. Istis etiā vt ita
loquar exhibui solem ad ministran
dum: ipsis exhibendo scientie lumē
atqꝫ calorem mee diuine caritatis:
insup ⁊ colorem vnitiuū cū lumine
pariter ⁊ calorē vꝫ vnigēiti filij mei
verum corpus ⁊ sanguinēꝫ. Quod
vtiqꝫ corpus est veluti sol qui mecū
est vnitus qui sum vere sol. Et hec
vnio talis est atqꝫ tanta quod ibi
nulla segregatio potest habere locū
sicuti sol diuidi non potest neqꝫ ca/
lor eius a luce: neqꝫ lux a calore ex

vnione sue pfectionis. Iste sol a sua
rota non abscedens vniuersum or/
bē illuminat ac ēt oēs volētes ab eo
calefieri qꝫtuꝫ est in se calefacit nec
ex alicuius immunditia sol iste fe/
datur vel inquinari potest. Et eius
lumen secum est iugiter vnitū vbi
iam diri. Sic hoc verbum vꝫ vnige
nitus filius meus verus est sol: to/
tus deus ⁊ totus homo quia mecuꝫ
est vnū ⁊ ego secū. Potētia mea nō
ē a sua sapia separata: neqꝫ calor ignis
sancti spūs est a me pāe nec ab ipso fi
lio meo segregatus qꝛ nobiscū vnū
est: qꝛ spūs scūs a me patre ⁊ ab ipso
filio meo ꝓcedit qꝛ sumus idē ipse
sol. Ego sum ille sol deus eternus vñ
procedit vnigenitus filius meus at
qꝫ spūs scūs. Spūi sancto est ignis
apropriatus: filio meo sapia in qua
sapia ministri mei gratie lumē hau
riūt qꝛ ministrauerūt lumen hoc in
lumine ⁊ cum gratitudine beneficij
recepti a me patre: sequēdo in veri
tate doctrinam istius vere sapiētie
filij mei: hoc est lumen illud: quod
hēt in se colorem vere humanitatis
vnū equidem vnitur alteri. Unde
lumen diuinitatis mee fuit illud lu
men vnitum cum colore humanita
tis vestre qui color effusus est valde
lucidus qñ fuit impassibilis virtu/
te nature diuine. Et hoc obiecto me
diante huius incarnati verbi con/
spersi ⁊ inserte cum lumine mee dei
tatis: ⁊ cum ignito calore sancti s.
habuistis in veritate lumen. Cui lu
men istud administrandum exhi/
bui. Ministris meis in corpore mi/
stico sancte matris ecclesie: vt vitaꝫ

habeatis ab eis accipiendo venera
bile sacramentum corporis eius in
cibum ⁊ sanguinem eius in potum.
Dixi tibi q̄ huiusmodi corpꝰ est ve
luti sol: vnde non potest vobis exhi
beri corpus absq̧ sanguine: neq̧ cor/
pus atq̧ sanguis absq̧ anima filij
mei: neq̧ corpus ⁊ anima sine dini/
tate: quoniam vnum ab altero se
parari non valet. Prout alibi dixi
tibi q̄ natura diuina nunq̄ separa
ta fuit ab hūana natura: nec in mor
te: nec in alio casu: neq̧ separari po/
test. Itaq̧ totam diuinam essentiā
in hoc venerabili sacramento reci/
pitis sub albedine panis illius. Et si
cut non potest diuidi sol ita diuidi
nō valet in hac albedine panis vel
h. Sic totus deus atq̧ totus homo
quanuis in mille diuideretur parti
culis hostia si possibile foret sub q̄li
bet particula totus deꝰ: ⁊ totus ho/
mo cōtineretur vt iam dixi accidit
enim sicut in speculo quod quamuis
in se diuidatur ibi tamen ymago re
presentata nō diuiditur: sic hanc ho
stiam diuidendo non tamen diuidi
tur totus deus: ⁊ totus homo: sed in
qualibet particula continetur ex i
tegro: nec in semetipso minuitur: vt
apparet in hoc sequēti exemplo. Si
tu haberes vnicum lumen ⁊ orbis
vniuersus accederet pro isto lumine:
participādo singulis de tali lumi
ne: in se tamen huiusmodi lumen i
aliquo non minuitur ⁊ omnibus vi
detur habere totum verumtamen
aliqui plus ⁊ aliqui minus ex isto
lumine participant iuxta materie
quantitatem quā ille qui debet reci
pere portat: nam in tali quantitate
recipit ignē. Et vt aptius itelligas
exēplū hoc attēde. Si plurimi por/
tarent candelas ad accēdendum: ⁊
vna pōderis esset vnius vntie: alia
duarū siue sex: vel vniꝰ libre: ⁊ q̄uis
oībꝰ accēsis i qualibet parua ⁊ ma/
gna totū lumē accipias vz calorē:
colorē: ⁊ ip̄m lumē: indicabis tn̄ q̄
minꝰ de lumine recipiat ille q cāde
lam paruā accēdit q̄ ille qui maio/
rē. Igit̄ ita ꝯtingit i hoc venerabili
sacramēto de his qui recipiūt illud
⁊ eorum candelas afferunt: vz san/
ctum desiderium cū quo recipiunt
ip̄m venerabile sacramentū. Que
cādele sunt i semetipsis extincte: sed
accēdunt̄ in pceptione p̄ciosi sacra/
menti huius. Extinctas esse dixi q̄
quos ipsos oīo nihil estis: neq̧ vale
tis: verūtn̄ ego vobis exhibui mate
riā cū qua nutrire possitis i vobis
huiusmodi lumen. Materia nanq̧
vestra ē amor: qm̄ ex amore creaui
vos: ideo neq̧ viuere potestis absq̧
amore. Hoc esse vobis ex amore tra
ditum habuit in sacro baptismo di
spositionem quem accepistis in v̄ir
tute sanguinis vnigeniti filij mei.
Nā alias participare nullo modo
possetis ex hoc vero lumine: sed esse
tis sicut candela sine licinio intēto
ri que succendi nō potest neq̧ lumē
in se recipere valet: nam hoc liciniū
in quo recipitur lumen huiusmodi
hoc est fidem sanctam coniunctam
cū gratia quā in baptismo recipitis
cū affectu anime vestre a me create
que apta est ad amandum intantū
q̄ absq̧ amore viuere nequitis mo

cibus eius est amor: vt iam dixi. Sz vbi succenditur: hec anima taliter vnita. Proculdubio succenditur ad ignem mee diuine caritatis cuz sancto timore pariter et amore mei sequendo veritatis incarnate doctrinam. Tamen accenditur amplius vel minus prout affert anima et exhibet huic igni materiam: quia licet habeatis omnes eandem materiam quia videlicet omnes a me creati fuistis ad ymaginem atque similitudinem meam: et vos christiani lumen habeatis in sancto baptismo tamen vnusquisqz crescere potest in amore atqz virtute mediante gratia mea prout est de beneplacito vestro. Non q immutetis aliam formam q a me recepistis: imo crescitis et augumentatis in amore virtutes vientes in virtute et affectu caritatis arbitrio libero duz tempus est vobis a me gratiose concessum: quia transacto tempore facere non potestis. Itaqz potestis in amore crescere sicut iam dixi tibi. Et cum hoc amore venire debetis ad recipiendum: hoc venerabile sacramentum: lumen vtiqz dulcissimum atqz gloriosum quod vobis exhibui ministrandum ab electis huiusmodi ministris meis exhibendum vobis in cibum. Atqz tantum accipitis ex isto lumine quantum de materia sincere dilectionis et amoris: et igniti desiderii portatis quamuis totum in veritate recipiatis: vt iaz tibi dixi ponens exemplum eorum qui candelas afferebant qui secundum quantitatem ponderis candelarum: ita lumen accipiebant quamuis in quolibet videatur esse totum integrum et non diuisum: qz diuidi non potest ex imperfectione vestra quacumqz: nec etiam ex imperfectione ministrorum. Tantum ergo percipitis ex isto lumine: vz de gratia quam in isto venerando sacramento recipitis quantum vos cum sancto desiderio disponitis ad recipiendum. Si quis vero cum culpa peccati mortalis accederet ad hoc venerabile sacramentum ab eo non habet aliquam in se gratiam quamuis actualiter in veritate recipiat ex integro deum et hominem: vt iam dixi. Sed amantissima filia nosti qualiter est anime que tantum sacramentum: et tale indigne recipit. Quasi stat velut vna candela que fit aqua madefacta que si q taliter ignem accipit illico stridet et extinguitur indilate solummodo fumo remanente. Sic hec anima semetipsam affert candelam quam in sancto baptismo recepit postmodum autem aspersit illam aqua culpe que fuit aqua directe que madefecit licinium in quo stabat lumen gratie baptismalis: exinde vero non calefacta iuxta vere contritionis ignez: neqz culpam eius cum humilitate confitendo accessit ad mensam altaris ad recipiendum huiusmodi lumen actualiter: sed non mentaliter. Et qz talis anima fuit indisposita ad accipiendum tale sacramentum in ea gratia non remansit: qz propter aquaz culpe fuit extinctuz in ea lumen gratie. Tunc autem ipsa remansit in tenebrosa confusione cum maiori gra

nedine culpe. Atq de tam excellentissimo sacramento: non percipit: neq persensit: nisi conscientie stridorem ipsam remordentem non ex defectu luminis: quia recipere non valet aliquam in se lesionem: sed ex aque defectu quam in anima reperit que quidem aqua impediuit affectum anime. Unde recipere non valuit illud admirabile lumen. Itaque vides quod nullo modo lumen illud vnito sibi calore pariter et colore diuidi potest: nec ex paruo desiderio quod anima gerat recipiendo sacramentum istud: nec ex defectu qui esset in anima que recipit nec ex defectu eius qui ministrat. Ut ergo dixi tibi de sole qui licet per immunda loca transeat ipse tamen nullatenus inquinatur neque sordescit. Ita lumen hoc amenum in isto venerabili sacramento nullatenus in quinari potest: neque diuiditur: neque minuitur in seipso: nec a sua rota separatur: licet vniuersus orbis de suo luminoso calore communicet. Ita minime separatur hoc verbum vnigenitus filius meus a me vero sole qui sum pater eternus quamuis corpore mistico sancte matris ecclesie ministretur omnibus volentibus illud accipere: immo totus in me remanet atque totum accipitis: et habetis deum: et hominem: ut erem plum ego tibi dedi de lumine: quia si omnes homines mundi suas candelas ibi accenderent in se remaneret ex integro et omnes totum haberent.

Qualiter omnes corporei sensus in isto sacramento decepti sunt: sed non anime sensus: et cum illo debet videri: gustari: et tangi. Et de visione quadam pulchra. Capi. cxi.

O Carissima filia nunc aperi diligenter oculum intellectus ad considerandum affectuose mee caritatis abissum: quia vere cor vniuscuiusque creature rationalis ex amore solui deberet attendendo preser/tim inter alia beneficia mea gratiose vobis exhibita beneficium huius venerabilis et crimi sacramenti. Sed amantissima filia considerare debes quod huiusmodi ineffabilem sacramentum debet videri et attractari non solummodo tactu et visu corporali: quia corporei sensus penitus in eo deficiunt. Nam albedinem illius panis tantummodo videt oculus: manus et nihil aliud palpat gustus quoque saporem panis inde percipit. Igitur anime sensibus qui decipi non valent videri: ut attractari debet: nisi forsitan ipsa sibimet vellet auferre lumen sanctissime fidei eius in fideli dampnabili. Soli ergo sensus anime gustant vident: et palpant: hoc admirabile sacramentum. Sed cuius quo videt oculo: cum oculo intellectus inquantum intus habeat pupillam sanctissime fidei: hic oculus videt et attendit sub albedine tali verum deum: et verum hominem: naturam humanam vnitam cum natura diuina: corpus animam atque sanguinem yesu christi animam vnitam illi glorioso corpori atque corpus et animam vnitam nature mee diuine tandem a me se nullatenus euelle

do fine diuidendo: hoc vero si bene recolis in exordio quasi vite tue manifeste tibi patefeci: et non tantum oculo intellectus: sed etiam oculo corporali tuo vidisti: quamuis ex excessu luminis oculus tui corporis illico defecerit in visu: et in oculo mentali visio sola remanserit. Ostendi quippe tibi pro declaratione tue mentis ad te roborandam contra bellum quod a demonio receperas in ipso venerabili sacramento: et vt in amore cresceres: et in lumine sanctissime fidei. Tu nosti quod cum ad ecclesiam in aurora pergeres: vt missam audires ex quo fueras a demonio molestata: tu stetisti secus altare crucifixi sacerdos antem adueneat ad altare marie. Igitur te ibi manente tuos considerando defectus: quia dubitabas offendisse: me propter bellum quo te diabolus impugnauerat et attēdēdo mee caritatis affectum: quia te dignam feceram audire missam cum te ipsam existimares indignam: vel etiam ecclesiam meam ingredi. Qui sacerdos verba sacramentalia protulit in altum supra ministrum oculum attollens vidisti me demonstrante lumen vnum lucidissimum veluti radium solis a pectore meo procedens prout radius a rota solis egreditur: et tamen ab ipsa rota minime separatur. In quo et cum quo lumine descendebat vna columba super hostia pariter: et calice permanendo virtute verborum consecrationis a ministro prolatorū: vnde tuus oculus corporalis omnino defecit excessum huiusmodi luminis: nullo modo sustinere valens. Ideo visio remansit solum in oculo mentis: et intellectus. Ibique gustasti et vidisti trinitatis abissum: et verum deum et hominem absconditum: et velatum sub albedine illa. Neque lumen: neque presentia verbi quam in eadem albedine vidisti intellectualiter auferebat illam albedinem. Unum aliud non impediebat: quia videlicet videre deum et hominem non impediebat illam panis formam: ita quod non haberet albedinem atque saporem. Ista tibi patefacta fuerunt a bonitate mea. Tunc aperte cognouisti quod huiusmodi visio in oculo intellectus tui remansit. Itaque sicut iam dixi hoc admirabile sacramentum videri debet et attendi principaliter cum oculo intellectus: et cum pupilla sanctissime fidei quia decipi non potest. Manus quoque dilectionis affectuose illud attractare debet et id quod oculus ille vidit: et agnouit in ipso sacramento: fide tangit manu dilectionis veluti se quasi certificans de eo quod per fidem vidit et intellectualiter agnouit. Gustus vero sancti desiderij auiditate multa gustare debet illud. Gustus ipse corporis gustat saporem panis desiderium vero sanctum videlicet anime gustus deum et hominem in veritate gustat. Vides ergo sensus corporales esse fraudatos non autem anime sensus. imo clarificatur: et in semetipsa certificatur: quia ela-

se vidit cum oculo intellectus ⁊ cum pupilla luminis fidei salutaris. Et quia vidit ⁊ agnouit ideo tangit amoris manu fideli: ⁊ cum anime gustu ⁊ ignito desiderio attendit atque gustat ineffabilem ⁊ igniferam caritatem meam cum qua eam feci dignam: ita gratiose recipere tam inextimabile sacramentum atque gratiam quam in ipso sacramento se recipere percipit. Itaqȝ nunc aperte cognoscere potes: quia debetis non solummodo sensu corporali recipere pariter ⁊ videre sacramentum istud: immo cum sensu spirituali disponendo sensum anime affectuosa mente ad gustandum recipiendum ⁊ videndum ipsum venerabile sacramentum.

De excellentia sumentis in statu gratie sacramentum hoc admirabile. Capi.cxij.

ATtende filia carissima in quanta consistit excellentia quilibet homo cõgrue recipiens hoc preciosum ⁊ admirabile sacramentum Est.n. panis vite cibus angelorum in me nanqȝ manet: ⁊ ego in eo velut piscis consistit in mari: ⁊ econuerso mare cõsistit in pisce. Sic ego sto iugiter in anima: ⁊ anima consistit in me mari pacifico. In anima tali gratia remãet: quia recipit huiusmodi panem vite persistens in gratia. Ideo pannis illius accidenter consumptis remanet ibi gratia mea. Similitudinarie loquendo cõtigit: vt in sigillo quando super ceram bene disposita ponitur quo sublato remanet effigies eius in cera sic in anima bene disposita remanet effigies gratie mee virtute istius. Venerandi sacramenti: quia videlicet remanet in ea calor ignite caritatis mee que clementi sancti spiritus est. Ibi quoque manet Unigeniti filij mei sapientia intellectus oculo clarius illuminato in ipsa verbi mei sapientia: vt videat atque cognoscat ipsius veritatis mee doctrinam. Hec ergo sapientia in magna fortitudine remanet participando fortitudinem potentie mee que fortificat animam contra mundum ⁊ aduersarium atque contra propriam passionem sensitiuam. Itaqȝ vides qꝫ in anima remanet effigies inde sublato sigillo: quia videlicet cõsumptis accidentibus illius hostie verus iste sol in sua rota reuertitur atque consistit. Non quia diuisus: vel ab ea segregatus esset: est enim mecum semper vnum: ⁊ ego secum: sed abissus mee eterne caritatis vobis exhibuit istum angelicum cibum in vita presenti: vbi viatores estis atque peregrini: vt habeatis inde refrigerium: ⁊ non ãmittatis huiusmodi preciosi sanguinis vnigeniti filij mei memoriam salutifferam. Ut ergo vestris indigentijs diuina prouidentia mea subuenirent veritas incarnata se vobis ordinauit in cibum. Igitur attende diligenter quantum obligamini diligere me: q2 tam excessiuo vos diligo: ⁊ q2 sum eterna bonitas ⁊ omni

respectu dignus a vobis affectuose diligi.

Quomodo deus requirat a sacerdotibus in tanta dignitate constitutis maiorem puritatē q̄ in aliis creaturis Capi.cxiij.

Hec omnia dixi tibi charissima filia: vt amplius agnoscas in quāta dignitate ministros meos ordinauerim: ⁊ vt amplius ex corde percipias amaritudinem atq; dolorem super miserias eorum. Si diligenter ipsimet attenderent ipsā dignitatem suam non iacerent in tenebris mortalium peccatorum nec inquinarent ita facies animarum suarum. Et non solummodo viderent offendere me: sed tradendo corpus proprium ad cōburendū igni non videretur eis in aliquo satisfecisse mihi pro tam glorioso beneficio. Nam in vita presenti non possunt ad maiorem dignitatem ascendere. Ipsos appello christos meos: quoniā vncti mei sunt. Et hunc angelicum panem vobis exhibendū eis cōmittere decreui. Et eos veluti flores odoriferos in corpore sancte matris ecclesie collocaui: dignitatē istam proculdubio non habet angelus quam hominibus: ita gratiose concessi vꝫ illis quos ad huiusmodi ministerium meum elegi quos velut angelos terrestres esse volo ī vita presenti In qualibet anima puritatem atq; caritatem exquiro vꝫ vt affectuose me diligat pariter ⁊ proximum eius: ⁊ q̄ ei iuxta posse subueniat in oratiōe sancta simul: ⁊ subsidio temporali secum caritatiue viuendo. Multo tamē amplius a ministris huiusmodi meis exigo puritatem interiorem: ⁊ exteriorē: ⁊ amorem ad me similiter: ⁊ ad proximū suum ministrando corpus: ⁊ sanguinem vnigeniti filij mei cum igne caritatis atq; famē salutis animarū ad laudem ⁊ gloriam mei nominis. Sicut enim isti ministri requirunt ⁊ volunt habere puritatē atq; mūdiciam in calice: vbi fit hoc venerabile sacramentum siue sacrificium: ita requiro puritatem: ⁊ anime mūdiciam in eis. Et corpus eorum velut. Instrumentum anime volo q̄ ī puritate seruet. Nec volo q̄ se nutriant ⁊ inuoluant in luto fetentis immundicie: neq; sint elati per supbiam exquirentes excelsas prelationes: neq; crudeles existant in se pariter ⁊ in proximo: q: crudelitate sua minime possent vti sine detrimento proximi: q: si sunt sibimetipsis ex culpa crudeles etiam proximorum animabus proculdubio crudeles existunt pro eo q̄ non exhibent eis exēplum vite: neq; curant eorum animas extrahere de manibus inimicorum: nec eis vnigeniti mei sanguinem ⁊ alia sacramenta sicut obligātur administrant. Itaq; quando crudeles existunt in semetipsis etiam in proximo crudeles esse probantur.

Quomodo sacramēta nullo modo debent emi siue vendi: ⁊ illi qui recipiunt ea debent huiusmodi tēporalibus voluntarie subuenire mi

nistris. Capi. cxiiij.

Sic volo ministros meos esse liberales: et non auaros: vt ne propter auaritiam: et cupiditatem vendant alicui spiritus sancti gratiam. Nullo modo volo qr ita faciat imo sicuti gratis: et cum magna liberalitate recipitur a bonitate mea: ita gratis: et libero corde sincere dilectionis affectu circa meum honorem atqz animarum salutem donare debent omni rationali creature humiliter exposcenti: nec aliquid de precio sumere debet. Ipsi nanqz nõ emerunt illa: imo gratiose receperunt: vt administrarent vobis. Bene tamen helemosinaliter accipere possunt: Unde subditus huiusmodi sacramenta recipiens iuxta posse ministris ex parte sua subuenire debet. Congruum est enim vt ipsi pascebantur a subditis in temporalibus: subditi vero pasci debet a ministris meis in gratia mea: et in spiritualibus donis ministrãdo sacra sacramenta que sunt a me in ecclesia sancta collocata: vt in salutez vestram ordinato tempore erhibeãt. Et vos ignorare nolo qr absqz comparatione quacunqz valde plus ipsi conferunt vobis qz vos eis: qr nulla comparatio dari potest a rebus finitis atqz trãsitorijs ex quibus aliquãdo vos eis subuenitis ad me deum eternum qui sum bonum infinitum. Qui prouidentia mea et affectuosa caritate paterna illos ordinaui: et ea vobis ministrent. Neqz solummodo pro tanto sacramentali ministerio vobis ab eis exhibito: sed a quacunqz creatura gratiã spiritualis aliqã vobis administretur: vel per orationem: vel alio modo: vos cum omnibus temporalibus vestris bonis attingere nõ valetis ad satisfaciendum pro his que spiritualiter vobis exhibentur absqz cõparatione. Noueris tamẽ qr substãtiam quam a vobis accipiũt ipsi debent in tres diuidere partes vnã pro suo victu conseruent, aliã pauperibus distribuant partẽ vero tertiã pro reparatiõe ecclesie: vel alijs necessarijs exponãt: et si aliter expenderent inutiliter offenderent sine dubio.

De dignitate sacerdotum et quia sacramentorum virtus ex defectu ministrantium sine recipientium: nullo modo minuitur. Et qr nõ sũt a secularibus corrigi. Capi. cxv.

Ut tibi supradictum est hoc agebãt virtuose viuẽdo dulces atqz gloriosi ministri mei de quibus tibi dixi qr ipsorũ attenderes excellentiam vltra dignitatem quã eis exhibueram faciendo eos christos meos. Nam exercendo virtuose dignitatem istam vestiti sunt isto dulci atqz glorioso sole quẽ illis exhibui ministrandum. Aspice dulcem gregorium. Siluestrum et alios antecessores atqz successores qui subsecuti sunt post principalem pontificem petrũ cui tradite fuerunt claues regni celorum a veritate mea pro vobis incarnata que dixit ei. Tibi

dabo claues regni celorū. Et quodcunq; solueris super terram erit solutū ⁊ i celis ec. Attende filia dilectissima: q2 me tibi pandēte virtutum excellētiā istoꝝ tibi plenius ostēdam in q̄ta dignitate collocaui p̄dictos ministros meos: Ista qdē ē clauis preciosi sanguinis vnigeniti filij mei q̄ clauis fuit apta vobis ianua paradisi q̄ longo tp̄e clausa permāserat ex culpa p̄mi vr̄i parētis ade. Sed ex quo v̄bū īcarnatū humano generi donatū ꝓ redēptione vr̄a sacratissima morte sua saluberrime mortem vr̄am occidit atq; destruxit de p̄cioso sanguine suo vobis habundātissime faciēdo balneū. Itaq; ꝑ effusum sanguinē passionē ⁊ mortē ei9 i virtute naturē mee diuine q̄ fuit vnita cū humanitate vr̄a ce'uz humano generi fuit aptū. Clauē autē huius p̄ciosi sanguinis apostolo petro dereliqt atq; cōmissit ceterisq; successionib9 ei9 p̄teritis ⁊ q succedēt i futurū: vsq; ad vltimū iudicij diē hn̄t ⁊ hēbūt eādem auctoritatē q̄ petro data fuit. Nec ex aliquo defectu cōmisso ꝑ eos hec auctoritas vllo mō minuit: neq; pfectio sanguis auferr̄ vel alicui sacr̄o: q2 iā tibi dixi q̄ hoc venerabile sacr̄m veluti sol ex aliq̄ īmūditia cuiuscūq; rei nullaten9 inquinari pōt: neq; lux ei9 āmittit siue minuit ex qbuscūq; tenebris mortaliū peccatoꝝ q forent i eo q ministrat vel i eo q recipit. Nā culpa illoꝝ ecclesie sancte sacr̄is oīo nullā pōt facer̄ lesionē: neq; v̄tutē illoꝝ ī aliquo minuer̄. Sȝ i eo q ministrat irreuerenter: vel indigne accipit: absq; dubio gr̄a minuit: ⁊ augeṫ i hoc actū culpa. Itaq; vicari9 me9 ī terra vȝ papa iȝ hui9 p̄ciosi sanguinis claues. Et si bn̄ recolis h̄ ego tibi patefeci sub ista figura volēdo tibi dmōstrare q̄tā reuerētiā volo seculares hēre ministris meis siue sint boni: siue mali ⁊ q̄tā hēo displicētiā vidēdo ꝯriū. Nosti q̄ tibi monstraui corp9 ecclesie misticū ī forma q̄i cuiusdā cellarij vbi sanguis vnigēiti filij mei cōseruabaṫ cui9 virtute sacr̄a cuncta valēt ⁊ hn̄t vitā. Ad ianuā v̄o cellarij stabat papa vicari9 me9 cui commissum erat huiusmodi sanguinem ministrar̄. Ad ip̄m ēt ptinebat eliger̄ ministrātes alios q iuuarēt eū administrādū i vniuersali corpe religionis xp̄iane. Sȝ ille sol9 quē acceptabat: ⁊ vngebat minister ver9 erat ali9 v̄o nō. Ad ipsū ꝓcedit vniuersus ordo clericat9 hos eligit ⁊ pōit ad ministrādū sanguinē iustū vnūquēq; ꝑ officia sibi ꝯgrua. Et vt ipse posuit eos i ecclesia sancta sicut adiutores ita ptinet ad eū solū ipsos corrigeṙ de suis defectib9: ⁊ ita volo penit9 obseruari. Nā ex excellentia ⁊ auctoritate quā eis ꝯcessi eos extraxi ⁊ exemi totaliter a q̄licūq; seruili iurisdictiōe siue subiectiōe tp̄aliū dn̄oꝝ lex ergo ciuilis de nihilo se cū illis itromittere dȝ in aliqua punitiōe. Sȝ solus ille q hȝ iurisdictionē ī lege canonica: ⁊ diuīa. isti sunt vncti mei. Et ideo monui dicente scriptura nolite tāgere xp̄os meos: vnde magnam procuͥldubio ruinam incurrit ille qui temere p̄sumit eos aliquo modo punire.

Quō pſecutionē factā eccleſie ſi/
ue miniſtris eius iputat ſibi factā ⁊
ꝙ ē grauiſſima culpa. Capi.cxvi.

SI tu peteres a me quare tibi
mōſtraui ꝙ culpa illoꝝ q ſā/
ctā eccleſiā atqꝫ miſtros ei9 pſeqbāt
grauioꝛ erat alijs culpis eoꝝ: ⁊ ēt
q̄re volebā nō obſtātib9 eoꝝ quibuſ
cūqꝫ defectib9 ꝙ reuerentia circa il
los ī nullo minueret vnqꝫ: ego rñde
bo tibi. Quā queccūqꝫ reuerentia ſit
eis: non eis: imo mihi ſit ex virtute
ſanguinis vnigeniti ſilij mei quem
eis ego cōmiſſi miſtrādū: vñ ſi non
eſſet: ille reſpect9 vos hērctis ipſis
miniſtris meis tantā reuerētiā q̄ztā
alijs hoībus vite pñtis ⁊ non vltra.
Quare pp huiuſmodi miſterium
cētis cōpulſi reuerētiā eis exhiberē.
Poſtea ſ̄o vos opoꝛtet ad eoꝝ ma
nus īcidere ⁊ accedere. Nō quidem
ad eos pp ſemetipſos: imo virtute
ſacramētoꝝ q̄ cōmiſſa ſūt eis a qui/
bus illa recipe debetis q̄ ſi poſſetis
hēre ⁊ illa recuſaretis eſſetis in ſtatu
dānatiōis ī tali ſtatu moꝛiēdo. Ita/
qꝫ reuerētia talis ē oīo mea: ⁊ huius
pcioſi ſanguinis vnigeniti filij mei
q mecum vnū ē: ⁊ ego ſecū ex vniōe
nature diuīe cū humana natura ⁊
nō illoꝝ. Et ſicut iſta reuerētia mea
eſt ita reputo meā irreuerētiam eis
exhibitā. Quarē tibi iā dixi ꝙ eis n̄
obligamini facerē reuerentiā huiuſ
modi ſuo pncipaliter reſpectu: ſꝫ au
ctoritatis intuitu quā ego eis cōmi
ſi. Et ita null9 eos offendere dꝫ q̄m
offendēdo illos reputo talē offenſio
nē eē meā: ⁊ nō eoꝝ. Iam.n.expſſe p
hibui dicēs chriſtos meos a māib9
eoꝝ nullaten9 eē tāgēdos. Et null9
excuſari pōt dicēdo: ego nō facio in
iuriā: nec eccleſie ſancte facio rebel
lionē: ſꝫ ꝯ defectus iniquoꝝ paſtoꝝ.
Iſte mentit̄ ī caput eius ⁊ velut ex
cecatus ab amoꝛe ,ppꝛio non videt
q̄uis in veritate bene videat: ſꝫ vi/
dere diſſimulat: vt ꝯſciētie ſtimulū
aliquo modo cohopiat. Ipſe tñ vi/
det ⁊ itelligit: ꝙ ſanguinē vnigeni/
ti filij mei pſequit̄: ⁊ non illos. Mea
quidem ē hec iniuria ſic erat illa re
uerentia mea. Et ita reputo meuꝫ
omne damnum eis illatum: ⁊ con/
tra me factas omnes contumelias:
vel deriſiones ⁊ obpꝛobꝛia: ⁊ vitu/
peria que fiunt illis: qꝛ chriſtos me
os nullo modo contingere ſiue pu/
nire debent. Ego nanqꝫ illos habeo
punire non ipſi ſeculares. Sed illi
velut iniqui demonſtrant irreuerē
tiam quaꝫ circa ſanguinem hñt. Et
qꝛ vilipendunt hunc excellentiſſi/
mum theſaurꝫ eis a me traditum
in ſalutem animarum ſuaꝝ: ⁊ vitaꝫ
Nam vltra recipere non valebant
q̄ hēe veꝝ deū: ⁊ hoīem in cibꝫ vt
ſupꝛa iam dixi tibi. Sed qꝛ reueren
tia mihi n̄ fiebat ab ipſis miniſtris
ideo circa eos ē īminuta reuerētia
ꝯſueta ſubſtinendo pſecutiōes ab il
lis qui ꝯſiderāt in eis multa pecca/
ta ,put alibi tibi magis apte narra
bo. Sꝫ tñ in veritate ſi reuerētiā in
eis iſtā habuiſſent ītuitu mei nō in
ſurrexiſſent: ita ꝯ eos ex quocūqꝫ de
fectu ppetrato per illos: qꝛ ſanguis
hui9 dignitas ī nullo minui pōt: vñ
neqꝫ reuerentia minui dꝫ: ⁊ quādo

minuitur offendor ego. Ideo multiplici respectu talis culpa mihi displicet amplius q̄ alie culpe sue super quo precipue tres causas in presenti dicam. Prima quidem: quoniam ea que ministris meis aguntur: vt iam dixi contra me directe reputo facta. Secundario: qr preceptum meum transgrediendo vilipēdunt. Naz eis expresse prohibui ne tangant eos aliqua molestia: vnde sanguinis virtutem aperte contemnunt quam a sacro baptismo traxerunt. Sunt igitur inobedientes ea que sunt inhibita faciēdo: ⁊ sunt ipsi p̄tioso sanguini rebelles propter ipsorum irreuerentiā: imo cum magna persecutione molestātur ⁊ veluti putrida membra sunt a corpore sancte matris ecclesie precisa. Et si taliter obstinati perseuerant in huiusmodi rebelliōe ac irreuerentia morte superueniente proculdubio baratrum eterne damnationis incurrunt. Tamen ad extrema perueniendo si se realiter humiliauerint ex corde culpam suam agnoscendo. Et ex affectuoso desiderio capiti suo reconciliari voluerint q̄uis actualiter implere non valuerint ad misericordiā eos acceptabo. Cōsulo tñ ne tale tempus expectare velint: qr securi minime sunt vt illud habere possint. Tertia quoqz causa propter quam ista est grauior culpa aliis: qr peccata est ex affectata malitia perpetratuz agnoscentes enim ista nullo modo facere debere neqz posse cū bona conscientia deliberatione premia volunt offendere. Que quidem offensa procedit a quadam odibili: ⁊ peruersa superbia sine vlla corporali delectatiōe. imo corpus vna cū anima cōsumitur. Anima consumitur: qr gratia priuatur: ⁊ sepe conscientie vermis eos intus exurit. Et substantia temporalis in obsequiū diaboli dissipatur: vnde corpora post hec velut animalia moriuntur: Itaqz tale peccatuz directe contra me militat: ⁊ oppugnat Et absqz colore delectationis: vel vtilitatis: imo solummodo cum affectata malicia: ⁊ horribili fumo superbie que superbia procedit absqz sensibili delectatione: ⁊ amore: sed ab illo timore detestabili ⁊ peruerso quem ille pilatus habuit qui timore perdendi tēporale dominium vnigenitum meum interemit. Ita fecerunt atqz faciunt isti. Multa peccata cōmittuntur ignorantia siue simplicitate: nō intelligendo: vel cognoscendo. Aliud vero cōmittit̄ ex deliberata malitia: qr cognoscūt aliqui aperte malum quod ipsi faciunt ⁊ ex inordinata ꝯcupiscentia: ⁊ voluntate quā habent in peccato: vel ex aliqua vtilitate misera quam putant vel iudicant in eo reperire grauiter offendunt. Et sic offendunt atqz damnificant animam suam atqz pariter ⁊ proximum eius: me quidem offendunt qr non exhibent gloriaz atqz laudē nomini sancto meo. Proximuz vero: qr sibi non exhibent charitatis debitum. Me tamen actualiter in hoc actu minime percutit iste: quia vz mihi directe faciat offensam: imo semetipsum offendit que quidez

offensio mihi displicet propter eius
detrimentum. Horum autez offen
sio fit absq₃ medio dirrecte mihi so/
li. Cetera peccata colorem aliquem
habent 7 cũ aliquo medio perpetrã
tur: vt alias ego tibi dixi ꝙ omne
peccatum: 7 omnis virtus fiebat ꝓ
ximo mediante. Peccatum enim
fit ex priuatione caritatis dei 7 ꝓ/
ximi victus vero cum amore cari/
tatis. Offendentes proximum me
nimirum offendunt ipso mediante
Sed quoniã inter omnes homines
hos ministros meos elegi qui sunt
vncti mei ministratores sanguinis
vnigeniti filij mei carni vestre vni
ti cum natura mea diuina: itaq₃ cõ
secrantes yesu christi filij mei per/
sonaz ibi representant. Itaq₃ potes
aperte cognoscere ꝙ hec offensio fit
huic verbo filio meo 7 si fit ei vtiq₃
mihi fit q₂ sumus vnum. Isti miseri
preciosum sanguinem hunc perse/
quuntur: 7 isto inextimabili thesau
ro se priuant atq₃ saluberrimo fru/
ctu eius. Unde mihi grauior est h
eorum offensa facta: mihi 7 non mi
nistris ꝙ̃ sint alia sua peccata. Si/
cut enim honor ille non est: nec esse
reputo ministrorum: imo vere me⁹
est: ita persecutio talis i me dirrigi/
tur: 7 in hunc pretiosum sanguinez
vnigeniti filij mei: q₂ sumus vnum
vt supradictum est. Unde noueris
ꝙ omnia preterita peccata que cõ/
miserũt hactenus isti culpe compa/
rata leuiora iudico quare tantam ĩ
de sentio displicentiam. Unde sicut
alias tibi patefeci materiam exhi/
bendo tibi doloris 7 amaritudinis
ex offensiõe mihi facta 7 damnatio
ne miserorum: ita te nunc exhortor
pariter 7 alios amicos atq₃ seruito
res meos: vt inuigilare sollicite stu
deatis orationibus humilibus con
tinuis 7 deuotis ante me: vt ex bo/
nitate mea misericorditer illustren
tur atq₃ soluantur huiusmodi tene
bre que superuenerunt in his putri
dis mẽbris a corpore sancte matris
ecclesie precisis. Sed ego quasi non
inuenio quenq₃ qui caritatiue de ꝑ
secutione que fit isti pretioso sangui
ni cõdoleat. Bene multos inuenio
mihi displicentiam irrogantes at/
q₃ me sagittis amoris proprij sagit/
tantes. Isti cum quodaz timore ser
uili: 7 inani reputatione propria ve
lut excecati reputant ad honorem
suum accedere quod in veritate si/
bi dedecus est. Et econuerso repu/
tant esse dedecus illud: vnde salu/
tem 7 honorem indubitanter acqui
rerent: vz humiliando se capiti suo.

In hoc capitulo loquitur de per
secutorib⁹ ecclesie sancte atq₃ de mi
nistris varijs modis. Capi. cxvij.

Dixi tibi ꝙ a plurimis ego sa
gittabar: 7 ita se veritas ha/
bet vz cum intentione sua mala me
iuxta posse sagittando percutiunt
non ꝙ in me cadere possit aliqua le
sio cuiuscunq₃ rei vel ab aliquo pos
sim offendi. Quia contingit in me
per moduz loquendi sicut apparet
in durissimo lapide qui percussus
ictuz in se non recipit: imo reuertĩ
ad percutientem: ita culparum illo

rum percussiones: vnde sentio fetorem proculdubio mihi nocere nullo modo possunt: sed venenata sagitta culpe letalis eos percutit ⁊ occidit. Que culpa gratia priuat eos in vita presenti fructum huius preciosi sanguinis āmittendo. Et si in vltimo se non emendauerint cum contritione cordis ⁊ humili confessione sancta peruenient ad eternam dānationem a me precisi: ⁊ cum demonio copulati colligationem enim in simul ordinauerunt: quoniam illico cū anima gratia priuatur in peccato ligatur cum vinculis odiꝫ virtutum: ⁊ amoris vitiorum. Et cum arbitrio libero ligamen istud in manu diaboli posuerunt cū quo ligat eos: q̄m ab eo aliter ligari nō possent. Isto ligamine ligati sunt adinuicem isti persecutores huius preciosi sanguinis ⁊ veluti membra cū demonio ligata demonū officiū assumpserūt Ipsa nanq; demonia conantur iuxta posse fideles a salutis via peruertere gratie statum ab eis auferendo ⁊ ad culpas inducere mortalium offensarum: atq; peccatorum: vt irremediabile malum quod experiuntur in se participent cum illis fidelibus quos decipere possunt. Similiter isti faciunt qui veluti membra diaboli spōse filios yesu christi filiꝫ mei subuertunt eos a caritatis vinculo dissoluentes ⁊ eos liga miserabili ⁊ infelici ligantes: ⁊ ipsos cum eisdem huiusmodi fructu sanguinis exultant esse priuatos. Hoc vtiq; vinculum sigillo tenebrarum apparet esse sigillatū: quia non agnoscunt in quot inconuenientia miseranda ceciderunt: ⁊ alios ad cadendū impellunt. Ideo non se corrigūt: quia minime cognoscunt: imo tanq̄ excecati gloriantur in eorum corporis: ⁊ anime destructione. O carissima filia doleas amaritudinem vehementi videndo tantam miseriā ⁊ cecitatem in his qui loti sunt in isto precioso sanguine sicut ⁊ tu. Sunt insuper adulti atq; nutriti prefato sanguine ad ecclesie sancte pect⁹: ⁊ modo veluti rebelles ab eius pectore discesserunt ex quedā vilipendendo timore: atq; sub colore corrigendi defectus ministrorū meorum de quibus expresse prohibui ne tāgerentur ab eis. Unde terror valde te debet inuadere vna cum aliꝫs amicis meis quandocūq; nominari sentis vituperosā huiusmodi colligationem: atq; detestabilem lingua tua narrare: non sufficit quantū illam abhominor. Et q̄ videtur etiam esse deterius: quia cū clamide defectuum ministrorū meorum se defendere volunt: ⁊ eorum culpas nec aduertere videntur: q̄ nulla clamis: ante meos oculos aliquid abscondere potest quin aperte videam omnia. Coram oculo creature quandoq; potest aliquid abscōdi mihi vero nunq̄: quia non solū presentia video verumetiā omnia preterita: ⁊ futura cognosco. Ego dilexi vos ⁊ agnoui plusq̄ ceteris. Et hec est vna de causis quare miserabiles homines in vita presenti se nō corrigunt: quoniam in veritate cū lumine viue fidei non existimant a

me videri: quia si veraciter: ita crederent: ꝛ q̄ omnis culpa punietur ꝛ omne bonum a me remunerabitur: vt in alio loco tibi dixi proculdubio: non ita multiplicarent offensas: immo potius iaz factas contra me sollicite corrigerent: ꝛ humiliter a me misericordiam exposcerent: ꝛ ego mediante sanguine filij mei misericordiam eis impenderem. Sed ipsi sunt velut obstinati: ꝛ a bonitate mea reprobati: ꝛ in ruinam vltimam inciderunt priuati lumine ꝓpter eorum defectus: ꝛ tanquaz omnino ceci sunt effecti: sanguinis vnigeniti mei persecutores. Que persecutio fieri non debet ex aliquo defectu qui videretur: vel esset in ministris eiusdem pretiosi sanguinis.

Breuis repetitio super predictis de ecclesia ꝛ ministris eius.

Capi. cxviij.

ALiqua tibi narraui carissima filia de reuerētia que fieri debet vnctis meis non obstantibꝰ quibuscunq̧ defectibus eorum: quoniam illa reuerentia non fit: neq̧ fieri debet intuitu solummodo ipsorū sed propter auctoritatem quam eis exhibui. Et quoniam ex defectibus eorum sacramenti ministerium: nec minui: nec diuidi potest ipsa reuerētia circa eos deficere non debet intuitu thesauri pretiosi sanguinis. Faciendo autem oppositum ostendidi tibi paruā scintillam in comparatione magne displicentie quaz inde percipio: ꝛ q̄ grauiter offendunt. Et quantum habeo molestiaz colligationem factam: ꝛ q̄ quotidie isti faciunt in seruitium diaboli contra me cum persecutione pretiosi sanguinis vnigeniti filij mei: vt āplius amarissime doleas. Iste quē in presenti narraui tibi est vnus defectus particularis ex persecutione facta contra sanctam ecclesiaz: ꝛ ita tibi dico generaliter de religione christiana: quoniam omnes in peccato mortali consistentes vita gratie se priuant atq̧ sanguinez preciosum vilipendunt: hoc valde mihi displicet. Sed valde maiorez displicentiaz habeo de supra memoratis qui ligati sunt: ita directe contra me.

De excellentia ꝛ virtutibus ministrorum sanctorum: ꝛ quomodo conditionem habent solis: ꝛ de ipsorum correptione circa subditos.

Capi. cxix.

NUnc vt impendam aliquale refrigerium anime tue mitigabo dolorem tuum: atq̧ tenebras istorum miserabilium subditorum cum vita sancta: ꝛ odorifera ministrorum meorum de quibus tibi dixi q̄ habebant conditionem solis. Itaq̧ cum odore virtutum ipsoruz factorem poteris in presenti mitigare: atq̧ similimodo cum luce tenebre cessabunt ac etiam cum ista luce melius intelligere poteris tenebras vitiorum que regnant in ministris meis. Igitur oculum

intellectus aperias ⁊ videbis i me iustitie sole gloriosos ministros qui cum administrarent verum solem conditionez induerunt solis: vt ego tibi recitaui de petro principe cete rorum apostolorum qui claues ab vnigenito filio meo regni celorum accepit ita tibi dico de aliis qui lumen in hoc viridario sancte matris ecclesie ministrauerunt vz corpus atq̃ sanguinem vnigeniti filii mei veri solis vniti mihi: nec a me quoquomodo diuisi: vt est tibi supradictuz. Et omnia sacramenta ecclesie sancte que quidem omnia valent: ⁊ vitam exhibent in virtute preciosi sanguis in diuersis gradibus: vt a spiritusancto sunt ordiati ministri cum quo ministrauerunt: cuz lumine gratie quod extraxerunt ab isto vero lumine. Sed istud amabile lumen est solum. Non enim potest eẽ solum gratie lumen neq̃ potest esse diuisum. Itaq̃ totum habetur siue nihil. Ille qui ꝯsistit in peccato mortali priuatus est illico lumine gratie. Qui vero gratiam habet est illuminatus in oculo intellectus in agnoscendo me qui gratiam eivedi ⁊ virtutem que conseruat gratiam Et in ipso lumine peccati miseriam agnoscit atq̃ causam ipsius vz amorem proprium sensitiuum ideo mouetur ad odium contra illuz. Et ex hoc odio proprii amoris in affectu suo recipit calorem mee diuine caritatis. Affectus illico sequitur intellectum: vnde recipit ab isto glorioso lumine calorem sectando doctrinaz dulcissime mee veritatis. Qua re memoria repletur indilate recordatione beneficii sanguinis. Itaq̃ cernis ꝙ lumen hec haberi nequit absq̃ calore pariter ⁊ colore: quoniam hec tria vnum sunt ex vnione pfecta. Et ita nemo habeꝛ potest vnã anime potentiam ordinatam ad recipiendum in se me verũ solem quin omnes tres ordinãte sint ⁊ in nomine meo congregate. Cum enim oculus intellectus cum lumine fidei cõsurgit vltra cõmune lumen ⁊ aspectum supranaturalem ad se speculandum in me affectus eum indilate sequiꝛ amando que vidit ⁊ agnouit intellectus: ⁊ ipso facto memoria repletur his que diligit affectus Et ita disposite potẽtie talis anime participant ⁊ habent me solem verũ: ⁊ illuminantur in potentia mea ⁊ sapientia vnigeniti filii mei ⁊ ista succensa clementia spiritussancti. Vides ergo ꝙ isti ministri mei fideles assumpserunt conditionez solis quia vz induti cuz plenis potentiis animarum eorum de me vero sole more solis agunt. Sol quippe calefacit ⁊ illuminat ⁊ cum calore suo terram geminare facit. Ita faciunt isti dulces electi: ⁊ vncti mĩstri mei quos in corpore mistico sancte matris ecclesie collocaui ad ministrandum corpus ⁊ sanguinem vnigeniti filii mei cuz aliis ecclesie sacramẽtis que vitaz habent ex virtute sanguinis virtuose ministrauerũt illa mentaliter ⁊ actualiter. Mentaliter vz illustrando corpus misticum ecclesie sancte lumine scientie supranaturalis cum colore sancte vite se/

quentes yesu christi filij mei doctrinam colorem quoque ministrauerunt ardentissime caritatis. Unde cum calore suo caritatiuo germinare faciebant animas que steriles erant eas illuminãdo lumine scientie pariter et eorum vita sancta: et ordinata tenebras expellebant infidelitatis atque mortalium peccatorum ordinantes vitam eorum qui viuebant inordinate cum frigiditate mentis ex priuatione caritatis: et in tenebris peccatorum. Igitur aperte cognoscere potes quod ipsi sunt veluti sol ex eo quod solis conditiones assumpserunt a me vero sole: quoniam ex amoris affectu sunt quasi vnum mecum effecti: et ego cum eis. Quilibet iuxta gradum suum: vt cum elegi lumen exhibuit in ecclesia sancta. Petrus cum predicatione miraculis et doctrina postremo cum proprio sanguine. Gregorius cum scientia sacram paginam exponendo: et cum vite sancte speculo. Siluester vero contra iudeos: et infideles ante Constantinum imperatorem cum efficacissima disputatione fidem christianam approbando verbis atque factis: vt ego sibi virtutem administraui. Si consideres Augustinum. Hieronimum atque gloriosum Thomam de acquino: et alios quamplurimos videbis quanto lumine sponsam istam illustrauerunt veluti: illuminaria splendentia super cãdelabro collocata errores extirpauerunt: et obcecatas animas illuminauerunt cum humilitate perfecta veluti famelici salutis animarum: et honoris mei manducantes istum cibum ingenti dilectione super mensa sanctissime crucis. Martires vero sanguine proprio dilatauerunt veram et salutiferam fidem qui sanguis iactabat odorem in cõspectu meo: et cum odore sanguinis atque virtutum: et lumine scientie sanctificabant in ista sponsa fetorem in fidelitatis expurgando: et animas in tenebris assuetas illuminando: quia lumen vere fidei reducebat in eis. Prelati quoque in statu prelationis a vicario meo in terra constituti mihi cum sancta: et honesta vita sacrificium iustitie faciebant. Margarita quoque iustitie cum humilitate vera: et ardentissima caritate cum salutifero lumine discretionis in eis atque subditis eorum apertissime relucebat. In se principaliter iuste mihi debitum exhibebant: videlicet nomini meo reddendo gloriam et honorem. Sibi vero reddebant odium et displicentiam proprie sensualitatis contemnendo vitia: et amplectendo virtutes vna cum caritate mea pariter et proximi sui cũ humilitate conculcabant superbiam. Et ad mensam altaris accedebant veluti angeli cum puritate corporis: et anime cum sinceritate mentis offerendo mihi sacrificium in fornace vere caritatis exusti. Et quia prius de semetipsis iustitiam egerant ideo de subditis etiam iustitiam agebant volentes et inducentes eos virtuose viuere corripiẽtes trãsgressores absque timore seruili nõ attendentes ad semetipsos: immo so-

lium ad honorem meum: et salutem animarum. Ipsi tanquam boni pastores imitabantur: pastorem optimum: videlicet yesum christum unigenitum meum quem vobis assignavi: ut ipse gubernaret: et aleret vos oves et vitam pro vobis exponeret. Isti vere sunt imitati vestigia sua. Ideo correxerunt: et non permiserunt membra languentia putrescere: videlicet non corrigendo. imo caritative: cum benignitatis unguento sive cum ignis asperitate plagam incidendo culpe sicuti sancta discretio videbat expedire fortiter arguendo atque disciplinando plus: vel minus iuxta defectus exigentiam. Et pro tali reprehensione sive correptione: vel etiam pro veritate salubri profitenda mortem sui corporis vilipendebant: isti quidem erant ortulani veri qui sollicite cum sancto zelo atque timore dei spinas peccatorum evellebant plantando virtutum odoriferas in ecclesia sancta planctas: unde subditi vivebant virtuose cum sancto timore quottidie crescentes veluti odoriferi flores in corpore mistico sancte matris ecclesie. Quare corrigebant absque timore servili: quia penitus erant illo privati. Nam in eis aberat venenosa culpa peccati: et ideo cum iustitia sancta vivebant arguendo viriliter absque timore quocunque. Hec est illa margarita que valde lucebat in eis que lumen exhibebat: et pacem in subditorum mentibus: unde cum sancto timore persistebant in unitate cordium. Unde certissime noveris: quia nihil aliud est in causa talium tenebrarum atque divisionum in mundo inter seculares clericos atque religiosos: et ecclesie sancte pastores: nisi quia iustitie lumen omnino defecit: et iniustitia tenebrosa prevaluit. Nullus in vita presenti status in lege civili sive divina conservari potest in statu gratia sine sancta iustitia. Quoniam accidit ei qui non corripit: nec corripitur veluti membro quod incipit in se putrescere: quia si medicus iners et insipiens ibi solummodo supponat unguentum: et non utatur opportuno cauterio plagam incidendo corpus universum inficitur atque putrescit: Ita prelato contingit: vel aliis dominis qui si videndo membra subditorum esse corrupta propter fetorem peccati mortalis apponunt solum unguentum blanditiarum et adulationum absque debita reprehensione nullo tempore liberabuntur: sed ex hoc inficientur alia membra que vicina sunt in ipso corpore: videlicet sub eodem pastore. Si vero fuerit idoneus: et expertus medicus animarum illarum: ut erant isti gloriosi pastores una cum unguento reprehensionis ignem adhibebit. Et si membrum huiusmodi penitus obstinatum esset in malo precidet illud a congregatione separando ne corrumpat alia membra putredine peccatorum: ipsi tamen non ita hodie faciunt: imo videre dissimulant. Sed

minquid ignoscantur: hoc est quia
radix amoris priuati viuit in eis:
vnde peruersum timorem seruilem
extrahunt. Nam ex timore perden
di statum prelature siue tempora/
lia quedam non corrigunt. Sed ve
lut excecati faciunt: ideo non agno
scunt quomodo status in se conser/
uatur. Qui si cognoscerent quomo/
do bene conseruatur cum iustitia
sancta manutenerent eam. Sed qr
lumine vero priuati sunt: neqꝫ vide
re: neqꝫ intelligere queunt: et existi/
mant eum ex iniustitia conseruare
non arguendo subditorum iniqui/
tates ipsi vero decipiuntur a pro/
pria passione sensitiua: et ab ambitio/
ne prelature siue dominii: et isti non
arguunt: neqꝫ corrigunt eo qr sunt
eisdem defectibus: vel maioribus
infecti. Scientes ergo se culpabi/
les audaciam atqꝫ confidentiam
ammittunt arguendi ceteros: inhi
biti atqꝫ ligati a seruili timore se vi
dere dissimulant. Et si quandoqꝫ vi
dent aperta quedam arguere siue
disciplinare negligunt: imo se blan
dis verbis obligari permittunt in/
teruenientibus xeniis et oblationi
bus: vnde postmodum in ipsorum
malorum excusationes ad inueni/
re conantur: vt ipsos in nullo puni
re: vel arguere debeant. In istis im
pletur illud euangelicum a mea ve
ritate prolatum: ipsi ceci sunt atqꝫ
cecorum duces: et si cecus a ceco du
catur ambo in foueam cadunt. Nō
ita fecerunt illi qui precesserūt: vel
faciunt etiam aliqui moderno tem

pore consistentes veri duces: et ama/
biles ministri mei de quibus tibi di
xi q habebant in se proprietatem
solis atqꝫ conditionem qui vere se
veluti sol habent. Non inueniūtur
in eis tenebre peccatorum: vel igno
rantie: quia sequuntur in veritate
doctrinam vnigeniti filii mei: neqꝫ
tepidi sunt eo q exusti sunt: et iugi/
ter exuriuntur in fornace mee diui
ne caritatis. Et veluti contempto/
res diuitiarum prelationum: atqꝫ
dignitatum vite presentis absqꝫ ti/
more quoscūqꝫ corrigunt audacter.
Nam ille qui prelationem siue do/
minium appetere non vult āmitte
re nullomodo metuit. Ideo virili/
ter arguunt isti. quoniā immunis:
a culpa reperitur eorum conscien/
tia Quare preciosa margarita: iu/
stitie tenebrosa non erat in ipsis mi
nistris meis fidelibus: immo luci/
da: amplexabantur insuper auide
paupertatem voluntariam: et vili/
tatem propriam cum humilitate p
funda. Ideo paruipendebant irri/
siones cōtumelias detractiones ho
minum iniurias obprobria penas
atqꝫ tormenta quorumcunqꝫ perse/
cutorum. Omnia cum inuincibili
patientia tollerabant amore mei:
tanqꝫ angeli terrestres: immo plus
qꝫ angeli non ex natura: sed ex gra/
tioso ministerio super naturam eis
a bonitate mea cōmisso: vz ministrā
di corpus et sanguinem vnigeniti fi
lii mei. Et vere ministri mei tales
angeli sunt eo: quia sicut angelus
a me vestre custodie deputatus

inspirat in mentibus vestris inspirationes bonas atqꝫ sanctas: ita faciebant ipsi ⁊ hodie facere tenentur eo quia deputati sunt ad vestram custodiam. Ideo iugiter habebant oculum in subditos eorum veluti veri custodes inspirantes in eorum animabus inspirationes bonas ⁊ sanctas cum exemplari vita ⁊ virtuosa pro eis offerentes amorosa: ⁊ dulcia desideria in conspectu meo cum humili oratione continua. Itaqꝫ vides ꝙ sunt angeli collocati super candelabro velut accense lucerne in corpore mistico sancte matris ecclesie ab ignita caritate mea pro vestra salubri custodia: vt in cecitate vestra ducem habeatis: vt vos in veritatis atqꝫ salutis via dirigant. Ipsi ministri mei cum humilitate magna: ⁊ exemplari conuersabatur cum subditis eorum ipsos caritatiue gubernando cum viua fide pariter ⁊ firma spe minime dubitabant ne sibi siue subditis: ista temporalia deficerent. Ideo pauperibus habundantissime distribuebant ecclesie sibi commisse substantiam: ⁊ bene seruabant: ⁊ opere perficiebant illud ad quod erant obligati distribuendo: videlicet in necessitate pauperum ecclesie substantiam temporalem. Ipsi deposita facere vitabāt itaqꝫ post vitam eorum non inueniebantur eis aliqua deposita: immo post mortem aliquorum debita plurima reperiebantur contracta pro necessitatibus pauperum caritatiue subleuandis. Et hoc occurrebat ex excellentia caritatis eorum que procedebat a vera spe quam in prouidentia mea collocauerant. Nam erant proculdubio timore seruili priuati: ⁊ ideo minime timebāt eis aliqua necessaria debere quoquomodo deficere siue temporalia. Hoc est vtiqꝫ signum quod aperte demonstrat hominem in me collocasse spem: ⁊ non in se: quando vꝫ timore seruili non timet. Sed illi qui sperant in se sunt illi qui timent ⁊ expauescunt ex vmbra propria metuentes: atqꝫ dubitantes ne celum vna cum terra deficiat eis. Cum isto timore atqꝫ peruersa spe quam habent in modica prudentia sua tā tam infelicem ⁊ miserabilem sollicitudinem assumunt in acquirendo atqꝫ conseruando res istas exteriores ꝙ videtur ipsos omnino postergare spiritualia: ⁊ vix inuenit quis ad hec attendat. Sed ipsi miserabiles infelices atqꝫ superbi non attendunt: neqꝫ considerant: ꝙ ego sum ille qui prouideo que sunt necessaria anime simul ⁊ corpori vestro qꝫ uis cum illa mensura qua speratis in me cuꝫ ea remetietur vobis prudētia mea: neqꝫ miseri atqꝫ presumptuosi attendunt: ꝙ ego suꝫ ille qui sum ipsi vero non sunt. Esse nanqꝫ suum a mea bonitate acceperunt: ⁊ omnem gratiaꝫ super hoc esse sundatam. Et ideo supernacue laborat ⁊ innanum laborat ille qui custodit ciuitatem: nisi custodiatur a me. Stulto labore fatigatur omnis qui se putat illam sua vigilia siue solicitudine posse defendere: quoniaꝫ ego sum ille solus qui custodio. Ta

men a vobis erigo: q̃ hoc esse vobis a me concessum: et alias gratias in ipso: et super ipso fundatas exercea/tis virtuose viuendo cum arbitrio libero dum tempus habetis: et lumẽ rationis quod ego vobis exhibui: quia creaui vos absq̃ vobis: sed nõ decreui saluare vos absq̃ vobis. Uos quippe dilecti ante q̃ cetis. Et hoc videtur et aperte cognouerunt isti dilecti mei: et ideo me dilexerunt ineffabiliter. Et propter affectũ ac/sum amorem quo me diligebant: ita fiducialiter in me sperabant: et nunquam in aliquo dubitabant si/ue metuebãt. Unde siluester dispu/tando coram imperatore constanti no contra illos duodecim iudeos in presentia magne multitudinis in maxima constantia perseuerabat: cum fide viua credens: et existimãs quia me secum existente nullus ei nocere poterat: et ideo nullum time re debebat. Et ita ceteri mei serui fi deles omni timore seruili deposito constanter in omnibus agebant: quia soli non erant: immo bene so/ciati: quoniam in dilectione carita/tis existentes in me stabãt. Et a me lumen sapientie vnigeniti filij mei recipiebant. A me vero potentiam habebãt: vnde fortes erant cõtra principes atq̃ mundi thirannos. A me quoq̃ recipiebant ignem san cti spiritus in quo percipiebãt eius/dem clementiam et amorem igni/tum. Hic amor est a sociatus cum lumine fidei cum firma spe cum in uincibili fortitudine cum pace ve/ra et longa perseuerantia: videlicet vsq̃ ad vltimum sue mortis. Itaq̃ vides aperte q̃ soli non erant: im/mo sociati: et ideo nullo modo me/tuebant. Solus ille qui se solum vi/det et attendit: in se solummodo spe rans caritatis amore priuatus est ille qui timet: et quecunq̃ parua res incutit ei timorem ex eo quia solus est priuatus et defectu suo me qui sũmam securitatem anime tribuo me per affectum amoris in verita/te possidentibus: hoc experientia cogno scebant hi gloriosi dilecti mei: quia nihil animabus eorum obesse pote rat: immo potius ipsi nocebant ho/minibus: et demonibus qui frequen tissime ligati permanebant ex vir/tuosa potentia quam ego super eos ex bonitate mea concesseram. Et hoc erat q̃ correspondere volebam fidei spei atq̃ dilectioni quam ha/bebant in me. lingua tua faciliter enarrare non posset virtutes isto/rum: nec oculus intellectus aspice/re fructum quem in vita durabili recipiunt. Et ita recipient omnes qui realiter vestigia sequentur eo/rum. Ipsi permanent in conspectu meo veluti pretiosi lapides: quia la bores eorum valde libenter acce/ptaui: et lumen quo corpus misti/cum ecclesie sancte cum odore vir/tutis illustrauerunt. Et ipsos in vi/ta durabili dignissime collocaui: vbi recipiunt beatitudinem: et glo/riam inestimabilem in visione mea quoniam ipsi prebuerunt exemplũ sancte et honeste vite: et cum lumi/ne virtuose ministrauerunt illud verum et eternum lumen: videlicet

corpus ꝛ sanguinem vnigeniti filij
mei:atqꝫ cetera sacramēta. Et ideo
valde singulariter a me diliguntur
ꝛ honorantur: tamen ex dignitate
quam eis ita gratiose cōmissi: quia
sunt vncti atqꝫ ministri mei fideles
tum etiam:quia thesaurum quem
eis in manu posui non absconderūt
in terra per negligentiaꝫ atqꝫ igno
rantiam: sed a me recepisse cogno/
uerunt:ꝛ cum ad lucrum exposue/
runt cum fideli sollicitudine humi/
litate profunda:ꝛ alijs virtutibus
veris atqꝫ realibus. Et quoniā ego
in salutem animarum eos in tanta
collocaueram excellentia nunquaꝫ
ociose pertransibant: immo veluti
boni pastores ingenti sollicitudine
reducebant oberrātes oues ad oui
le salubre sancte matris ecclesie.
Quare per amoris affectum:ꝛ ani/
marum salutem veluti famelici
morti semetipsos exponebant : vt
eas abstraherent de manu diaboli.
Ipsi quandoqꝫ se simulabant infir
mos cum infirmis. Aliquando nā/
que ne peccator ex desperatiōe cō
funderetur:ꝛ vt apertius: atqꝫ ma
iori fiducia suam egritudinem in
confessione propalarent dicendo cū
intentiōe sancta simulabāt. Et ego
sum infirmus. Salubriter ergo no/
uerant flere cum flentibus: ꝛ gau/
dere cum gaudentibus: ꝛ pruden/
ter exhibebant:vnicuiqꝫ cibum sue
saluti necessarium: ꝛ vtilem:videli/
cet conseruando bonos quorūꝫ vir/
tute gaudebant:quoniam ex inui/
dia nullo modo tabescebant: im/
mo dilatati multum in affectu sin/
cere caritatis omnium proximoruꝫ
eorum:ꝛ precipue subditorum suo/
rum. Peccatores autem a pecca/
tis suis extrahere sollicite sattage/
bant eis affectuose prudenter atqꝫ
caritatiua compassione condescen/
dentes:ꝛ in corpore penitentiali fre
quenter in animo maiorem amari/
tudinem imponentes habebant ꝗ̄
illi quibus imponebatur. Et aliquā
do plures erant qui penitentiam in
iunctam:vnā cum peccatoribꝰ illis
agebant:ꝛ precipue cum percepis/
sent huiusmodi penitentiam eis ex
titisse molestam vel valde grauem
vnde frequenter ex hoc actu carita
tiuo difficultas aspera vertebatur
in dulcem atqꝫ gratam. Isti fideles
ministri mei dilecti cum essent ī sta
tu prelature se subditos exhibebāt
ex humilitate:ꝛ cum essent in eccle
sia domini se faciebant infimos at/
qꝫ subditorum seruos existentes in
virtute sani:atqꝫ robusti ex carita/
te se simulabant infirmos: ꝛ imbe/
cilles. Cum simplicibus erant:ꝛ ip
si simplices cum paruis parui:ꝛ ita
cum hominibus humiliter:atqꝫ ca/
ritatiue salubriter conuersari noue
rant vnicuiqꝫ cibum vtilem anime
sue ministrādo. Horū ꝗo quid erat
in causa: Proculdubio fames:atqꝫ
desiderium quod habebant ad ho
norem meum atqꝫ salutem anima

rum: ⁊ ita velocissime currebant ad manducandum huiusmodi cibum in mensa gloriose crucis nullum omnino recusando laborem. Sed veluti zelatores igniferi salutis animarum: atqꝫ salutifere fidei dilatationis: ⁊ exaltationis immergebant semetipsos inter spinas multarum tribulationum: ⁊ cum inuicta paciencia pericula mūdi tollerabant. Iugiter offerentes in conspectu meo incensum affectuosū: ⁊ anxiū desideriū: cum oratione continua: ⁊ humiliatqꝫ sudoribus lachrimosis: ⁊ sic vngebant proximi sui plagas. Plagas inqꝫ culpe mortalium peccatorum: vnde perfectam sanctitatem ipsi subditi assequi poterant si cum humilitate cordis huiusmodi recipiebant vnguentum.

Capituli repeticio in summa de reuerentia que sacerdotibus reddi debet siue bonis siue malis.

Capi.cxx.

Nunc o carissima filia demonstraui tibi scintillam paruam de ipsorum excellentia scintillam vo co respectu eius quod est. Tibi narrādo pauca de dignitate in qua ipsos collocaui: quoniam eos elegi atque meos esse feci ministros. Et intuitu dignitatis istius: ⁊ auctoritatis quam eis exhibui nolebam: sed neqꝫ volo ꝙ propter aliquem defectum ipsorum secularis aliquis eos aliquo modo puniat ⁊ ipsos iniurio se tangentes: vel punientes me valde grauiter offendunt: imo volo ꝙ eos habeant in debita reuerentia. Non quidem eos intuitu sui sicut iam dixi: sed intuitu mei: videlicet propter auctoritatem eis a me concessam. Unde reuerentia talis nullo tempore minui debet quamuis in eis minueretur virtus. Ipsos quippe tibi posui narrando veluti ministratores veri solis: videlicet corporis ⁊ sanguinis vnigeniti filij mei: ⁊ aliorum ecclesie sacramentoꝝ. Ista dignitas contingit atqꝫ pertinet bonis: atqꝫ malis: ⁊ ad quemlibet ipsorum illam ministrare pertinet: vt iam dixi superius. Dixi tibi ꝙ ministri mei perfecti solis conditionem habent: ⁊ sic est illuminantes: atqꝫ calefacientes ex caritatis ardore proximos eorum: ⁊ cum isto calore fructificabant: atqꝫ germinare faciebant virtutes in omnibus eorum subditorum. Etiam tibi dixi: quia sunt angeli vobis assignati per me pro tuta custodia vestra: vt bonam de vobis diligentiam habeant: atqꝫ sanctas inspirationes in cordibus vestris intromittant mediantibus oratiōibus suis atqꝫ salutari doctrina: ⁊ exemplo virtuose vite. Sollicite quoqꝫ ministrēt vobis ecclesie sacramenta prout angelus agit qui vos a malo custodit vobisque seruit: ⁊ bonas inspirationes in mente vestra inspirat. Itaque cernis

ꝙ vltra dignitatem quam eis ego concessi cum ornamento virtutum sicut de talibus tibi narraui: ⁊ vt omnes obligantur esse quantum ip si digni sunt a vobis amari: ⁊ in q̃ ta reuerentia debent a vobis habe/ ri: quoniam ipsi dilecti filij sunt ⁊ veluti sol in corpore mistico ecclesie sancte positi, propter virtutes eo/ rum. Nam omnis homo virtuosus dignus est amari: sed multo forti/ us isti propter ministerium in eo/ rum manibus a me positum. Qua re virtutis intuitu ac propter huius modi sacramenti dignitatem eos amare debetis. Eorum vero qui mi serabiliter viuunt odire defectus obligamini. Non tamen eorum iu/ dices esse debetis: quia nolo ⁊ om/ nino prohibeo: quia christi mei sunt. Ideo debetis amare atq; reuereri penitus auctoritatem eis a me con cessam. Uos optime nostis: quia si quidam immundus ⁊ male indu/ ctus vobis adduceret aliquem pre/ ciosum thesaurum de quo vitam cō tinue traheretis vos amore thesau/ ri: ⁊ domini mittētis odio nullo mo do portitorem haberetis non obstā te ꝙ esset in se laceratus: ⁊ immun/ dus. Immundicia quippe bene di/ splice ret vobis atq; conaremini ꝙ ab immūdicia purgaretur: ⁊ indue retur amore domini. Igitur ita fa/ cere debetis ex debito secundum or dinem affectuose caritatis: ⁊ ita no lo vos agere circa tales ministros meos quando sunt inordinati qui cum immundicia vitiorum atq; la cerati per separationem vere cari tatis vobis adducunt ingentes the sauros videlicet ecclesie sancte ve/ neranda sacramenta que vobis vi/ tam gratie conferunt indubitanter vobis illa digne sumentibus. Ergo non obstantibus illorum vicijs at/ que defectibus amore mei mitten/ tis ⁊ amore vite gratie quam a ma gno thesauro recipitis qui ab eorū manibus vobis ī ecclesia sancta mi nistratur: videlicet vnigeniti filij corpus ⁊ sanguis vniti cum diui/ na mea natura reuerenter accepta re eos debetis. Odio quidem ha/ beatis eorum vicia cum displicen/ tia magna: s; iuxta posse conemini caritatis affectu: ⁊ oratione sancta illos adiuuando induere: ac indu/ menta ipsorum abluere lachrimis ⁊ eos offeratis cum sancto desiderio in conspectu mee diuine maiestatis vt illos induam ex bonitate mea vestimento caritatis. Uos aperte scitis ꝙ volo eis libenter impende/ re gratiam inquantum ipsi dispo/ nant se ad accipiendum illā: ⁊ vos ad intercedendum pro eis: quia ꝑ/ culdubio non est mee voluntatis: vt ipsi ministrent vobis: ⁊ alijs in vita presenti solem in tenebris: ne/ que ꝙ ipsi nudati sint vestimento virtutum: ⁊ immundi viuant in/ honeste: immo posui eos dando vo/ bis in exemplum virtutum: vt sint velut angeli terrestres: ⁊ velut sol mentes peccatorum illuminando. Si vero tales esse renuunt oportet vos orare pro eis: ⁊ non eos. iudica re: iudicium vero mihi reseruare. Ego autem orationibus vestris in/

tercedentibus impendam eis misericordiam habundantissime si recipere se disponent si vero vitam suaꝫ corrigere neglexerint in vita sua dignitas eis: ita gratiose concessa redundabit eis in ruinam. Et a me sūmo iudice cuꝫ improperio maximo in mortis extremitate nisi realiter ⁊ viua fide recursum habeant ad misericordie mee latitudinem inestimabilem velut obstinati diriguntur ad ignem eternum.

De defectibus ⁊ vita reproba sacerdotum ⁊ ministrorum iniquorum. Capi. cxxi.

Nunc autem filia dilectissima vt tu ⁊ alij serui mei materiam habeatis ampliorem offerendi pro illis ante me continuas ⁊ humiles orationes volo tibi dicendo mōstrare sceleratam vitam ipsorum. Quāuis vndecunqꝫ te verteris videbis aperte seculares atqꝫ religiosos clericos prelatos atqꝫ subditos paruos ⁊ magnos iuuenes: ⁊ antiquos: ⁊ in omni manerie gentium offendere me iugiter omnes enim culpe putredine mortalium peccatorum infecti sunt. Qui tamen fetor mihi nullo modo nocet: immo solummodo sibimet offendentibus Usqꝫ nunc ego narraui tibi de iustis ministris meis ⁊ de eorum excellentia: ⁊ de virtute bonorum tuꝫ ex aliquo refrigerio tue mentis: tuꝫ etiam: vt apertius: ⁊ plenius agnoscas vilitatem atqꝫ miseriam istorum iniquorum miserabilium: ⁊ videas qꝫ maiori reprehensione digni sunt atque maiori pena cruciandi. Prout econuerso dilecti mei fideles ex eo qꝫ virtuose tractauerūt eis a me commissum thesaurum maiori premio ⁊ excellentia digni sunt: ⁊ vt in cōspectu meo veluti margarite preciose constituantur: ⁊ ordinentur: ⁊ ecōuerso miserabiles isti pena crudeli atqꝫ terribili cruciabuntur in perpetuum. Attende filia carissima quoniam ipsi principium atqꝫ fundamentum suum fecerunt: ⁊ cōstituerunt in amore proprio: vnde processit arbor vitande superbie cū indiscretionis filio. Quia tanquaꝫ indiscreti sibi honorem attribuunt atqꝫ gloriam magnas prelationes inquirentes cum delicijs: ⁊ ornamento sui corporis mihi vero reddunt vituperium: ⁊ offensas. Sibi enim attribuunt illud: qꝫ non est eorum mihi vero quod non est meum. Mihi debet attribui gloria: ⁊ honor sibi autem debent reddere odium proprie sensualitatis cum vera noticia proprie vilitatis existimando se tanto ministerio prorsus indignos quantum a me gratiam se receperunt. Ipsi autem oppositum operantur. Nam inflati superbia nullo tempore saciantur quotidie rodendo terram diuitiarum: ⁊ deliciarum vite presentis tenaces cupidi: ⁊ auari circa pauperes vnde propter hanc auariciam atqꝫ miserabilem superbiam ipsorum que nata fuit ex amore proprio sensitiuo curam ōmiserunt animaruꝫ ⁊ solum attendunt ⁊ iugiter vacant

cum ingenti sollicitudine temporalibus: ⁊ exterioribus vanitatibus omnino quasi derelinquentes oves quas ego cōmiseram eis velut oves absque pastore. Nec eis alimenta tribuunt: nec eas aliquo modo nutriunt: neque spiritualiter: neque etiam temporaliter. Spiritualiter enim administrant ecclesiastica sacramenta: que nullo modo virtutē suam ammittunt: vel etiam minuunt ex aliquo defectu illorum: neque vobis auferri possunt. Sed ipsi non vos alunt orationibus cordialibus devotis: ⁊ humilibus: nec habent ignitum vestre salutis desiderium: ⁊ famem cum honesta sancta vita. Nec etiam subditos pauperes alunt corporali cibo subveniendo necessitatibus eorum in substancia temporali de qua tibi dixi ꝙ fieri debēt tres partes: una debet esse pro necessitatibus eorum: secunda pauperibus errogari: tertia vero in utilitatem ecclesie debet expendi. Sed ipsi faciunt oppositum. Quia non solummodo subtrahunt a pauperibus illam partem: quam obligantur eis impendere. Sed ipsi rapiunt aliena. Simoniam exercendo per inordinatum pecunie desiderium vendendo spiritus sancti gratiam. Aliquotiens enim accidit ꝙ aliqui ministri: ⁊ infelices indigentibus impendere denegant: illud ꝙ eis valde gratiose concessi: ut vobis exhibeāt nisi manus implea tur eis: atque multis exenijs visitentur. Et tantum subditos amant quantum ad eis aliquam utilitatem habent: ⁊ nō ultra. Ecclesie substantiam expendunt solum in ornatis: atque delicatis vestibus non ut honesti clerici sive religiosi sed veluti domini sive secularis curie domicelli quottidie satagentes pomposos equos habere ac etiam vasa plurima tam aurea quam argentea cū curiosis ornamentis in domo tenentes: atque possidentes eā que tenere non debent cum multa vanitate cordis. Cor etiam ipsorum ex vanitate dissoluta verba loquitur. Et omne desiderium eorum esse videtur in epulis: atque convivijs de vētre quodammodo sibi deum facientes inordinate comedentes: ⁊ bibentes. Et ideo subito ruunt in immundiciam vivendo lascive. Ve de ipsorum vite miserabili: ⁊ infelici: quoniam illud quod unigenitus filius meus acquisivit cuz gravissima pena super ligno sanctissime crucis ipsi cum meretricibus expendunt. Et ita dānabiliter iugiter animas devorant: ⁊ occidunt yesu christi sanguine pretioso redemptas eas diversimode eum fetenti miseria corrumpendo: ⁊ de patrimonio: vel hereditate pauperum filios adulterinos alunt: ⁊ ornant. O diabolica templa ego vos elegi: ⁊ collocavi: ut in presenti vita tanquam angeli terrestres essetis: ⁊ vos estis tanquā

incarnati demones:z ipsorum offi/ cium assumpsistis. Demones ha/ bent in se tenebras quas etiam ali/ is impendunt:z postea cruciata tro menta ministrant. Iuxta posse sub trahunt animas a statu gratie cum varijs molestijs atque temptationi bus:vt inducant eas ad statu3 eter ne damnationis in peccatis morta libus inuoluendo. Quanuis nemo compelli possit ad peccatū aliquod nisi sponte consentire velit licet ipsi demones. Iuxta posse sollicite vi/ res apponant. Ita miserabiles isti non digni vocari ministri:sed velu/ ti demones incarnati. Nam ex de/ fectu proprio se conformauerūt cū illorum voluntate diabolica:z ideo faciunt officium ipsorum me lumē verum in tenebris mortalis pecca/ ti ministrantes. Et administrant ostendentes abhominabiles tene/ bras inordinate imo scelerate vite ipsorum tam subditis quam alijs hominibus' exhibendo materiam confusionis:atque scandali menti/ bus' intuentium eos: ita scelerate viuere. Sunt etiam in causa mini/ strandi confusionem atque consci/ entie penas his quos aliquando subtrahunt a statu gratie: z a via veritatis:z eos ad culpam reducen do faciunt illos ambulare per vias falsitatis z mendacij. Quanquam ille qui sequitur eos non est: ex hoc excusatus a culpa sua:quia compe li nullo modo potest ad culpa3 pec cati mortalis ab istis demonibus vl sibilibus:vel etiam ab inuisibilib' absque proprio consensu volunta/ rio. Nullus itaque debet vitam ip/ sorum immittando respicere facien do mala que faciunt. Sed iuxta mo nita mee veritatis in euangelio san cto facere debetis ea bona que di/ cunt ex doctrina data vobis in cor/ pore mistico sancte matris ecclesie in sancta pagina declarata medi/ antibus predicatoribus a spiritu sancto doctis qui vobis in verita/ te pronunciant verbum meum. Et illorum vitam:z opera mala nullo modo sequamini:nec eos in aliquo punire velitis: quia me grauiter offenderetis. Illis quoque relinqui te vitam iniquam:z pro vobis acci/ pite doctrinam veram atque salu/ brem. Punitionem vero mihi ser/ uate:quoniam ego sum ille dulcis eternus deus qui cuncta bona re/ munero:z omnem offensam in con/ gruo tempore punio. Non enim il/ lis parcetur siue dimittetur in suo tempore debita disciplina propter dignitatem eis a me gratiose con/ cessam:videlicet quia ministri mei fuut effecti. Immo iuste punientur vltra ceteros in maiori miseria si se non correxerint:quia plus a mea bonitate receperūt. Et idō tāq3 ingrati me totaliter offendētes idubitāter valde maiori punitione sunt digni

Itaq3 vides eos esse velut demones & econuerso tibi dixi de meis electis q erant angeli terrestres & ideo faciebant angelorum officium.

Quomodo i predictis ministris iniquis iniustitia regnat & precipue non corrigendo subditos. Capitulum. cxxii.

Dixi tibi q i electis ministris meis iuste margarita refulgebat nunc vero tibi dico q isti miserabiles: & infelices in pectore suo gestant i iustitiã p fibula que quidem iniustitia cum amore proprio coniungitur atq3 connectitur in eis Nam ex amore proprio comittunt iniustitiam contra suas animas ac etiam erga me cum indiscretione tenebrosa: quia mihi non exhibent honorem & gloriam neq3 sibimetipsis vitam sanctam & honestam neq3 desiderium salutis animarum habẽt & virtutum esuriem. Et ideo committunt iniusticiam erga subditos atq3 proximos eorum neq3 vitã corrigunt imo velut excecati non agnoscunt & ex inordinato timore displicendi creature permitunt eos in suis infirmitatib9 iniq3 dormire. Nec aduertere videtur quia placere desiderantes ita graviter offendunt & mihi creatori suo ac etiam eisdem valde displicent. Aliquando se corrigere simulabunt vt cum aliqua parua iustitia se cooperire possint non arguendo maiores qui grauiora comiserunt q illi minores quos corrigunt & hoc ex timore seruili ne forsitan eos impediant vel auferãt eis vitam siue statu3 eminentie sue sed acriter arguunt infimos q2 considerant eis obesse non posse nec auferre sibi statum. Iste procul dubio committit iniusticiam ex amore proprio detestabili qui proprius amor vniuersum orbem infecit atq3 mistice corpus ecclesie sancte silucstre quidem faciendo viridarium hui9 venerãdi sponse flores ibi putridos inferendo quod viridarium bene fuit excultum & virtuose renouatu3 & ornatum odoriferis floribus tempore quo ministri mei fideles & veri laborantes aderant. Nam ex eorum virtute subditi non viuebãt iniq3 sed cum vita sancta & honesta: hodie vero non ita sed oppositum qm ex iniquitate pastorum ipsi subditi mali sunt. Propter quod ista sponsa cernitur plena esse spinis multarum iniquitatum. Non quidem in semetipsa recipere potest aliquas lesiones cuiuscun3 putredinis peccatorum quo ad ipsius veneranda sacramenta sed illi qui nutriuntur ad vbera prefate sponse putredine3 illam habent & voluntarie recipiunt in animabus suis auferendo sibi dignitatem in qua posueram eos Non q in se dignitas illa minuat in aliquo sed intuitu defectuũ eorum propter quos quamplurimi vilipendunt hunc vnigeniti mei preciosum sanguinem. Quare frequentissime seculares ommittunt illam habere reuerentia eis ad quam obligantur virtute sanguinis iesu christi

q̄cūq̄s ita facere nullo modo de/beant. Et si perdant illam ipsorum huiusmodi culpa non est ideo mi/nor licet illi defectuosi cognoscant vt iam supra dixi tum ipsi misera/biles ꝛ infelices exemplū exhibent iniquitatis atq̄ miserie vbi posue/ram ꝛ ellegeram eos vt exhiberent exempla virtutum.

De q̄plurimis alijs defectibus ministrorum. Cap. cxxiij.

ATtēde filia carissima prefatoꝝ iniquoꝝ atq̄ miserabiliū mi/nistroꝝ vn̄ tātā putredinē exhauri/unt. Indubitanter a propria sensua/litate sua quam ex amore proprio dominam instituerunt ꝛ animam infelicem suā esse fecerunt cū ego liberauerim eos ab omni seruitute cum vnigeniti filij mei sanguine to/tum humanum genus a seruitute liberaui diabolica. Gratiā huius/modi recepit omnis creatura cōalis hos vero quos vnxi non solū a ser/uitute diabolica liberaui ꝛ eligēdo constitui vt mihi solum eterno deo seruirent vobisq̄ ministrarent ec/clesiastica sacramenta sed illos etiā ab humana seruitute liberaui tali/ter q̄ omnino prohibui atq̄ prohi/beo vt secularis aliquis dominus illos iudicet vel aliquo modo puni/at. Et attende filia carissima meri/tū quod mihi retribuunt pro tanto beneficio quia quotidie me perse/cuntur cum iniquitatibus atq̄ sce/lerata vita sua cū tanta peccatoruꝫ varietate q̄ lingua tua narrare ne/quiret ꝛ audiendo quasi deficeres Tamen aliqua tibi narrare volo ꝓ/pter ea que dixi vt matriā amplio/rem habeas compassionis atq̄ la/chrimarum. Ipsi stare deberent iu/giter in mensa fructifere crucis ex anxio desiderio ibiq̄ se nutrire cibo salutis animarum amore mei. Et q̄/uis omnis alia creatura in se ratio/nem habens hoc ipsum agere tenea/tur. Isti multo fortius obligantur: quos elegi vt vobis affectuosā mi/nistrarent vnigeniti filij mei corp⁹ ꝛ sanguinem ꝛ vt vobis exhibeant exemplum vite salutaris ꝛ vt cum anxio atq̄ penoso desiderio sequen/do viam incarnate mee veritatis ci/bo nutriantur iugiter animarum vestrarum in mensa sanctissime cru/cis ipsi vero pro sua mēsa taberna/s elegerunt ibiq̄ iurant atq̄ frequē/tissime periurant viuendo misera/biliter in multis iniquitatibus etiā in publico sicut homines excecati sine lumīe ratiōis. Et ita sunt effecti velut animalia totaliter immunda propter huiusmodi defectus ꝛ ver/bis atq̄ factis ꝛ actibus in vita la/sciua student officium vero negli/gunt imo frequenter ignorant ꝛ ali/quando persoluendo magis ore q̄ corde persoluunt quoniam illud est a me remotum ipsi directe viuunt veluti ribaldi atq̄ lusores: ꝛ ex quo luserunt atq̄ alienauerunt animas eorum in manibus demonum ipsas exhibendo ipsi male humūt ꝛ alie/nant bona temporalia suaruꝫ eccle/siarū que receperunt in virtute pre/tiosi sanguis iesu christi. Unde pau

peres priuati sunt omni subsidio quod habere tenentur: et ecclesia nõ habet ea que necessaria sunt in oportunis diuino officio. Unde quia facti sunt in se templum abhominabile demonum vilipendunt aduertere necessaria templo meo. Sed illud ornamentum quod in templo meo facere deberent ob reuerentiam sanguinis vnigeniti filii mei faciunt in domibus eorum in quibus habitant. Et quod etiam deterius est ipsi faciunt veluti sponsus qui sponsam propriam ornat: ita faciunt isti demones incarnati qui de substantia temporali suarum ecclesiarum ornant abhominabiles: atque demoniacas eorum concubinas cum quibus iniqꝫ scelerantissime viuunt et absqꝫ verecundia quacunqꝫ faciunt eas ad ecclesiam cum aliis ambulare: atque diuinis officiis interesse dum ipsi miserabiles in altari consistunt ad consecrandum vnigeniti filii mei corpus et sanguinem. Nec erubescunt qꝫ infelices ille concubine filios eorum ad manum adducant: vt offerant vna cum alio populo. O demones incarnati atque demonibus deteriores vtinam iniquitates vestre non essent ita publicate coram oculis vestrorum subditorum et eo qꝫ si laterent eos offenderetis tantummodo me cum detrimento animarum vestrarum proximo vestro minime noceretis exhibendo sceleratam vitam vestrã eis in exemplum. Quare cum exemplo vestro materiam prebetis ne sua peccata derelinquant: imo potius: vt illa sine maiora cõmittant. Nam quid hoc est? illa puritas quam a ministris meis opto et exigo: precipue cum ad celebrandum accedunt ad altare? Puritas eiusmodi videtur qꝫ esse tali ministro: quoniam in mane surgit cum inquinata: et contaminata mẽte: et corpore poluto iacuit in peccato mortali fetentis immundicie deinde procedit ad celebrandum. O tabernaculum demonis: vbi est nocturna vigilia cum officio diuino deuote celebrato vbi humilis oratio continua. In ipso namque tempore nocturno disponere te debes ad sacrum misteriũ quod habes in mane perficere cum vera noticia tui te reputans indignum ad tantum: atqꝫ tale misterium: et cum cognitione mei: quoniam ex bonitate mea te feci dignum: et non tuis meritis elegi te in ministrum meum: et vt illud in creaturis meis virtuose ministrares.

Quomodo in ipsis ministris inuenitur esse peccatum contra naturam: et de quadam visione super hoc habita. Capi. cxxiiii.

Noueris amãtissima filia carissima: qꝫ tantam puritatem ab eis ac et a vobis in isto venerabili sacramento requiro quantam in vita p̃senti homo põt hr̃e. Unde qꝫ tũ in vobis est quottidie conari debetis illã iugiter acquirere. Nosce namqꝫ debetis: qꝫ si possibile foret expediret ẽt ipsam angelicã naturam

in hoc venerabili sacramento puri
ficari:sꝫ oio purificatiōe nō idiget:
qm̄ in angelo peccati venenū occur
rere:nō valet:hoc vero tibi dixi: vt
intelligas quātā ab oib⁹ in isto ve
nerabili sacramēto puritatē exqui
ro ꝓcipue tm̄ ab eis. Sed oppositū
agunt: qꝛ valde sunt imundi: neqꝫ
solummodo de imundicia fragili
ad quam estis quodammodo natu
raliter inclinati:ꝙuis virtuosa ra/
tio:quando vult vna cum arbitrio
libero vobis a mea bonitate tradi/
to refrenare potest huiusmodi natu
ralem inclinationem atqꝫ rebellio/
nem.Sed isti miseri non tm̄ istam i
clinationē in se refrenare:nō studēt
imo qđ est valde peius vacant illi
sodomitico peccato ꝯtra naturam.
Et ipsi veluti stulti:ꝛ excecati: non
vident: nec intelligunt huiusmodi
miseriā putredinis in qua sunt eo
qđ offuscatū hn̄t oculum intellect⁹
ꝛ attendere non vident:qꝛ ꝓꝑ abho
minabilē fetorē quē inde ꝑcipio. in
sto iudicio meo solū ex isto peccato
quinqꝫ ciuitates aliquando feci sub
mergi:qꝛ iustitia mea noluit vltra
sustinere tantam abhominationē
qꝛ non solum ego qui sūma sum: ꝛ
eterna puritas abhominor enormi
tatem tanti criminis· verum: ꝛ ipsi
demoñes abhorrent illud: atqꝫ de/
testantur quos ipsi miseri volunta
rie sibi dominos effecerant. Nō ꝙꝑ
ꝑe demonibus displicet illud: vel
aliud peccatum:vt eis aliquid bo/
num virtuose placet.Sed quia na/
turam habent angelicam:ꝛ ideo na
tura talis omnino vitat actualiter

videre cōmitti tam enorme pecca/
tum quanuis ipsum peccatorē an/
tea vulnerauerit venenata sagitta
concupiscentie.Cum vero peruenit
ad actum huiusmodi peccati subi/
to fugiendo recedit occasione predi
cta. Unde tu bene recolere debes: ꝙ
ante mortalitatem:ego tibi patefe/
ci quantum erat abhominabile mi
hi: ꝛ quantum quasi totus orbis ex
isto peccato corruptus erat. Unde
leuādo te super temetipsam te ex an
xio desiderio:ꝛ eleuatione mētis oñ
di tibi mūdum vniuersū.Et quasi
peccatum hoc abhominabile vide/
bas in omni manerie gentium effu
sum:ꝛ videbas:vt ego tibi monstra
ui demones inde fugere sicut iam
tibi dixi.Et ipsa tunc habuisti tan/
tam in mente tua penam ex illo fe/
tore:ꝙ quasi videbatur tibi in mor
tis articulo laborare. Neqꝫ videbas
locum in quo tu ꝛ alij serui mei sta/
re possetis ne a tali fetore contami/
naremini. Non enim inueniebas lo/
cum aliquem in quo tute stare pos/
ses:nec inter paruos: nec inter ma/
gnos:nec inter antiquos: nec inter
iuniores:nec inter religiosos:nec in
ter clericos: nec inter prelatos: nec
inter subditos:nec inter dominos:
nec inter seruos. Nam omnes qua/
si videbantur ista maledictione cō/
taminari mēte simul ꝛ corpore. Tūc
ostendi tibi non in omnibus homi/
nibus particulariter:sed in genera
li de quacunqꝫ manerie gentium:
qꝛ plurimi non sunt:ita ꝯtaminati.
Nam inter malos ꝛ reprobos eti/
am aliquos mihi reseruaui iustos:ꝛ

honos amore quorum iustitia mea refrenatur ne lapidibus iniungam vt eos in instanti conterant atq; terre vt eos illico deglutiat atq; absorbeat ⁊ auibus vt eos deuorent atq; demonibus vt eorum animas pariter ⁊ corpora secum asportent. Imo vias atq; modos inuenio q̄tū est in me vt habeat a me misericordiam hoc est vt illi corrigant vitam suam Ordino etiam seruos meos qui omni lepra mortifera carent veluti meditatores vt pro eis intercedant in conspectu meo ⁊ illis aliquando patefacio huiusmodi miserias eorum vt amplius ⁊ feruentius in corde sollicitentur ad inquirendam salutem eorum offerentes eos in conspectu meo cum compassione maiori atq; dolore peccatorum illorum ⁊ offense contra me perpetrate me feruenter exorando sicut ego feci tibi. Or si bene recolis cum exordinatione mea tu percipisset vnam paruam scintillā huiusmodi fetoris ad q̄ndā extremitatez te cognouisti deductā vnde cordialiter exclamando dixisti. O pater eterne miserere mei tuarumq; creaturarum vel animā meā a corpe subtrahas quia mihi videt̄ vltra tollerare non posse: vel mihi refrigerium exhibe mihi locū ostendendo in quo possim vna cum aliis amicis tuis virtuose acquiescere ne lepra talis vllo modo nobis obesse valeat vel animas siue corpora contaminare. Ego vero tibi respondi pietatis oculum ad te vertendo dicens ⁊ nūc iterato dico: filia dilectissima requies vestra consistit in hoc vt laudem ⁊ gloriam cotidie nomini meo reddatis adolentes iugiter deuotarum orationum incensuz in conspectu meo pro infelicibus istis qui iacēt in tāta miseria quottidie prouocantes diuinum iudicium contra se propter iniquitates eorum: locus vero vester in quo semper immoremini sit vobis iesus christus crucifixus vnigenitus filius meus habitantes atq; latitātes ī cauerna sui pretiosi lateris vbi gustabitis ex amoris affectu ī illa sua natura humana meam diuinaz naturam in corde suo sic aperto inuenietis aperte meaz atq; proximi caritatem. Nam propter honorez meum ⁊ vt obedientiam iniunctam sibi a me perficeret in salutem vestrā velocissime cucurrit ad mortem obprobriosam sanctissime crucis. Cuz vero gustaueritis hunc ineffabilem amorem ⁊ cum diligentia considerauerit is doctrinam eius opere sequemini nutriendo vos iugiter in mensa sanctissime crucis ex caritate portantes cum vera patientia defectus proximorum vestrorum ac etiam omnem laborem penam atq; tormentum vndecunq; perueniūt ⁊ per modum hunc euadetis leprā que fugietis iste locus est ⁊ modus quem assignaui tibi: ⁊ aliis amicis meis. Tamen isto remedio non obstante non auferebatur ab anima tua sensus illius percepte putredinis nec ab intellectus oculo recedebant ille tenebre: quibus ofuscata fueras donec anime tue fuit a mea bonitate prouisum. Quare dū po-

fica communicant sumendo venerabile sacramentum corporis et sanguinis unigeniti filij mei qui vere deus est et homo prout in altari sum mittis in signum aperte veritatis omnis fetor ille subito cessavit una cum tenebris ex odore pariter et luce perceptis in gustu prediti venerandi sacramenti in tantum quod odorem illius in ore simul et gustu tuo pluribus diebus admirabili modo retinuisti et persensisti sicut a bonitate mea fuerat ordinatum. Itaque vides amantissima filia quantum abhominor in quacunque creatura iniquitatem huiusmodi sed valde magis in his quos a mundo retrari et elegi ut in statu continentie mihi ministrarent. Aliqui in angelico statu sancte religionis quidam autem in statu platoris veluti fructifere plante in agro mistici corporis ecclesie sancte plantati ut mihi fideliter in veritate ministrarent. Aures tue leniter audire non possent neque lingua tua narrare quantum iste defectus abhominabilis mihi displicet in eis ultra displicenciam quam habeo generaliter in hominibus in vita secularii viventibus. Ex eo quod isti sunt veluti lucerne super candelabro collocate ministraciones viri solis in lumine virtutis et honeste sancte que vite. Sed ipsi ministrant in tenebris Et adeo tenebrosi sunt quod sacram paginam in se proculdubio luminosam quam hauserunt electi mei cum lumine supra naturali me vero lumine pandente sicut alibi narrani tibi, ex eorum inflata superbia frequenter interpetrantur in tenebris et immunde viventes non vident nec intelligunt aliquid inde nisi litteralem corticem exteriorem et absque sapore quocunque recipiunt illam ex eo quia gustus anime non est ordinatus imo corruptus ab amore proprio et elatione mentis et immunditia stomachum habentes impletum exoptantes inordinatas eorum concupiscentias adimplere. Repleti namque sunt immunditia cupiditate curiositate et avaritia et absque verecundia sua crimina publice committendo gloriantur ac etiam usuram a me prohibitam exercere multi miseri non erubescunt.

Quo subditi ex predictis defectibus quos in prelatis aspiciūt se minime corrigunt. Capi. cxxv.

Quomodo possunt igitur isti tot et talibus infecti vicijs atque repleti de fratribus arguere quemquam et iustitiam exercere de subditorum erroribus et defectibus. Nullo modo bona fronte possunt ex eo quia reproba vita propria tollit eis audaciam et iusticie sancte zelum. Et si quando vellent exercere. Iusticiam aliquam audent eis infelices atque miseri subditi dicere. Medice primo cura temetipsum et postea mihi prebe medicinam tu laboras enim egritudine graviori quam ego et arguere me contendis. Male proculdubio facit ille qui solo verbo subditum arguit et non cum ordinata sancta, que vita licet sine sit ille bonus sine ma

las ordinate tamē potest immo de/bet in subditosuo peccatum argue re ac etiam iuxta posse corrigere: sz ipse male facit ꝙ ipse non arguit atqꝫ corrigit verbo ꝛ exemplo vir/tutis ꝛ sancte vite. Subditus vero grauius offendit non acceptando correctionem humiliter a bono siue malo prelato sibi factam in salutem anime sue vitam suam defectuosaz corrigendo: quia sibi soli nocet ꝛ nō alteri: vnde solus ipse tempore con/gruo punietur pro suis defectibus. Hec omnia mala contingunt quia prelati non attendunt ad corrigen/dum subditos cum sancta ꝛ exēpla ri vita. Et ideo non corrigunt quia ab amore proprio sunt excecati in quo fundate sunt omnes iniquita/tes eorum ꝛ non attendunt nisi ad perficiendas inordinatas volunta/tes atqꝫ concupiscētias eorum: ꝛ ad ista videntur omnes vacare iugiter tam subditi ꝙ prelati: tam clerici ꝙ religiosi. O filia mea dilectissi/ma vbi est hodie religiosorum obe/dientia qui collocati sunt in sancta religione velut angeli ꝛ illorū quā/plurimi sunt demonibus fleriores imo deteriores. Electi sunt vt annū cient in veritate verbum meum in doctria pariter ꝛ vita: ꝛ ipsi clamāt verbo solummodo vocis: ꝛ ideo non sequitur aliquis fructus in cor dibus auditorum. Predicationes eorum potius composite sunt ad cō placentiam hominum ꝛ auriū pru ritum ꝛ consonantiam ꝙ ad hono/rem meum vel animarum salutez. Ideo sollicite studient non in sancta vita: sed vt verba sua valde polite

proferant cum quadam mundana siue secundia tuliana. Isti procul/dubio non seminant vtile semē ver bi mei realiter atqꝫ salubriter quia non attendunt ad euellendum vi/tia ꝛ plantando virtutes. Unde qz non extraxerunt ex orto suo spinas: ex orto proximorum euellere negli gunt: ꝛ ommittunt cellas proprias inutiliter ꝛ curiose discurrendo per ciuitates: vnde contingit eis velut piscibus accidit qui quando diu nō existunt in aqua proculdubio mori untur. Ita religiosi vani quādo mo rantur extra cellam inhoneste viuē do vita gratie priuati moriuntur. Tales a sua cella discedunt de qua sibi celum facere deberent: ꝛ eundo per vicos ꝛ plateas curiose visitant amicorum siue consanguineorum habitationes ꝛ aliorum secularium ꝛ inordinate eorum voluntati pla cet ꝛ videtur. Quorum huiusmodi culpa pro parte redundat in prela/tos eorum indiscretos qui concedūt huiusmodi licentias amplas ꝛ lar/gas nimis ꝛ indiscretas. ꝛ veluti mi/seri pastores ꝛ insel ices per effectum nō aduertunt nec curare videntur videndo subditorum animas in ma nibus demonum: imo ꝙ est etiā val de grauiꝰ ipsimet sunt in causa dā/nationis eorum. Nam aliquādo vi/dentes illos eē dissolutos velut scar nati demones eos ad monasteria di rigunt vbi nouerunt esse demonia/cas moniales lasciuas ꝛ inordina/tas: ꝛ ita cum ingenio subtili ꝛ ad/mirabili vnus est causa ruine alte rius principium aūt ipsorū ex ope/r atione demonis erit sub colore de

uotionis: sed quoniam vtriusq vi/
ta miserabilis est atq lasciua non
diu durat iste color huiusmodi si/
mulate deuotionis quia subito fru
ctus apparēt huius infelicis ꝛ inor
dinate deuotionis: ꝛ primo quidē
apparent flores iniquc fetentes im
mundarum ꝛ inhonestarum cogita
tionum postea frondes verborum
turpium ꝛ ex vtraq parte procedē
tium: deinde suadente diabolo ve/
nenata sua desideria perficiunt. fru
ctus vero qui sequitur inde tu no/
sti quos aliquando vidisti quia filij
sunt: ꝛ aliquando deducuntur ad
tale precipitium ambo ꝙ habitum
sancte religionis abicientes aposta
tant vterq. Ille ribaldus atq mi
ser ꝛ ipsa publica meretrix efficitur.
Omnium istarum iniquitatū ma
li prelati sunt in causa qꝛ supra eorū
subditos oculos habere neglexerūt
imo concedebant eis largā atq in/
ordinatam licentiam ꝛ videntes ꝛ
agnoscentes eorum iniquitates vi/
dere dissimulabant. ꝛ quia subdit⁹
non fuit in cella delectatus: ꝛ ita ꝑ
vtriusq defectum incidit in mortē
lingua tua faciliter enarrare nequi
ret in quod ꝛ quā varijs modis offē
dere me conantur. Facti sunt arma
diaboli ꝛ cum fetore suo venenose
corrumpunt intus ꝛ extra videlicet
in religione sancta sed extra secula
rium aspectuꝫ priuati caritatu fra
terna sunt ꝛ quilibet optat atq con
tendit esse maior ꝛ contra pauper/
tatis votum propria possidere co/
nātur. Ipsi ꝑmiserūt ordinē obſua
re ꝫ i facto mirabili mō trāsgrediū
tur: imo qđ ē valde peı⁹ nō solū ipsi
transgrediunt ordinē ꝫ veluti lupi
rapaces insurgunt ꝛ ꝑsequuntur
bonos ꝛ humiles qui ordinem conā
tur obseruare faciēdo super eos tru
ffas atq derisiones existimantes ex
his derisionibus quibus obseruā/
tores ordinis ita persequūtur eo/
rum propriam cohopernisse mise/
ram vitam sed ex hoc apertius ipsi
patefaciunt illam. ꝛ ideo tot incon/
uenientia in sanctis religionibus
occurrunt. Sancte quippe sunt in
se: qꝛ facte sunt atq fundate reali
ter a spiritu sancto ideo non est de/
fectus in ordinibus sed in trāsgres/
soribus. Ideo minime cedūtur pro
pter aliquem defectum subditoruꝫ
siue malorum religiosorum. Ex hoc
ergo qui cupit aliquam ingredi re/
ligionem non debet attendere neq
sequi mores eorum qui viuunt inor
dinate transgrediendo regulaꝫ: im
mo super brachia sancte religionis
approbate nauigare dꝫ q̄ nō īfirma
tur i semetipa nec īfirmari pōt i tꝫs
q feruēter vsq ad mortē illā obſuāt
Dicebā ꝙ scē religiōes ex defectu ꝑ/
latoꝝ atq ꝑuersoꝝ subditoꝝ ad tā
tā relaxationē adducte sunt ꝙ illi
q simpliciter ordinē obſuare conan
tur iudicant a trāsgressorib⁹ vel uti
culpabiles ꝛ valde reꝑhēsibiles ex
eo qꝛ minime sequūtur iordiata ve
stigia sua: ipsiq ꝑuersi cerimonias
q̄s bñ ordinauerūt obſuar studēt so
lū i oculis hoīuꝫ secularīū ad cōpla
cēdū eis: ꝛ vt eoꝝ iordiatiōes atq
defect⁹ aliq̄liter opiant. Itaq vi/
des ꝙ votū ꝑmū obediētie q̄ ꝑmise

rũt ordinẽ obſuare nõ iplẽt de qua qdẽ obedietia tibi loqr in alio loco. Noncurunt inſuper obſeruare pauꝑtatem voluntariam atqꝫ continentiam: hec autem qualiter obſeruent vide poſſeſſiones ⁊ abundantiam pecuniarũ quas in ſua ſingularitate poſſident a caritate communi ſeparati non communicando cum ſuis fratribus tam temporale ꝙ̃ ſpiritualem ſubſtantiam vt ordo caritatis ac ſacra religio diſponit ⁊ ordinat. Ipſi vero ſolummodo ſtudẽt impinguare ſemetipſos animalia ſua ⁊ ſic vna beſtia nutrit aliam ⁊ interim frater eius fame cruciatur ⁊ affligitur ingenti frigore vel inops atqꝫ pauperculus. Poſt ꝙ̃ enim habundantiſſime pro ſe fulcitus eſt pannis ⁊ pellibus ⁊ quotidie nutritur ⁊ vtitur in ſua menſa curioſis epulis vltra de fratre ſuo paupercula non curat ⁊ ideo renuit eſſe cum eo in paupere menſa refectorij. Sollicite ſtudet adeſſe vbi carnibus implere poſſit atqꝫ ſanare propriam gulam vnde poſtea videtur impoſſibile ꝙ ipſe tertium continentie votum obſeruare valeat. Quia plenus venter non gignit mentem caſtam. Immo laſciuij ſiunt huiuſmodi cum inordinatis cõcupiſcentijs ⁊ ita procedunt de malo in peius. Et multa mala contingunt eis ex eo quia poſſident iſta tẽporalia quia niſi haberent ad erpẽdẽdũ non ita viuerent inordinate nec haberẽt amicitias inutiles ⁊ curioſas. Quia quãdo quis nõ habet vnde largiatur amicitia que non ẽ

invera caritate fundata ſed in amore doni vel alterius complacentie quam vnus ab altero recipit non diu permanet. O miſerabiles in tãta miſeria collocati propter eos defectus quibus ſe voluntate ſubiecerũt cũ ego collocauerim eos in tãta dignitate ipſi vitant ad eos accedere velut ad locum venenatum ⁊ ſi quantiſper ibi morantur voce clamant: cor autem eorum eſt valde remotum a me ad altaris menſam accedunt ex quadam conſuetudine magna ꝙ̃ ex aliqua deuotione ſiue precedenti quacunqꝫ diſpoſitione quemadmodum irent ad menſam corporalem: hec ⁊ alia multa mala de quibus tibi dicere nolo ne grauentur ſiue maculentur aures tue ſecuntur ex defectibus paſtorum ⁊ eorum ignauia quia non corrigunt ſubditorum ſuorum defectus neqꝫ curant vel aliquem oſtendunt habere zelum vt ordo ſeruetur qm̃ ipſi ſe non ſeruant ipſi. Sed iniuſte ponent aliquando lapides graues obuiarumque moleſtabũt humilis ordinis obſeruatores eos in iuſti puniẽdo de culpis quas in veritate minime commiſerunt. Totũ hoc accidit qm̃ in tali: prelato preticoſa margarita iuſtitie minime refulget imo ſolum iniuſticiam regnat in pectore ſuo ⁊ ideo punit iniuſte ſubditũ qui meretur habere gratiam atqꝫ beniuolentiam ⁊ illis qui ſunt diaboli membra ſicut ipſe dat amorem iocunditatem ⁊ ſtatum ordinis officia talibus imponendo. Ipſi velut excecati viuunt ⁊ velut

excecati prebent ordinis officia et ita subditos inordinatissime gubernant. Et nisi se correxerint in vita presenti cum ista cecitate sua perueniet ad tenebras eterne dampnationis. Et oportebit vt ante me summum iudicem districtam rationem exhibeant de subditorum animabus: et qui male mihi reddere poterunt id iuste recipiet a me quod recipe meret.

Quomodo in dictis iniquis ministris ecclesie regnat luxurie peccatum. Capitulum. cxxvi.

Carissima filia dixi tibi scintillam penam de vita religiosorum et cum quanta miseria viuunt in sancta religione cum ouium vestimento cum ipsi sint lupi rapaces nunc vero tibi narrare dispono de defectibus clericorum atque ministrorum ecclesie sancte tecum iuste conquerendo de predictis eorum defectibus vltra defectus quos alias tibi narraui supra tribus columnis vitiorum videlicet de immundicia inflata superbia et cupiditate quoniam ex cupiditate sanctispiritus vendebant gratiam vt iam tibi dixi. Istorum trium vitiorum vnum ab altero dependet et istarum columnarum amor proprius est in causa. Iste columne dum errecte consistunt et amore virtutum non deficiuntur ad terram: et omnino non ruunt: verum sufficiunt animam tenere ligatam et obstinatam in quolibet alio vitio. Quoniam omnia alia vitia fiunt iam supradictum est oriuntur ab amore proprio nam ab amore proprio principale superbie vitium oritur: homo namque superbus vtique priuatus est amore caritatis et a superbia procedit ad immundiciam et ad auaritiam et sic homines per semetipsos incathenantur atque ligantur in cathena diaboli. Nunc o carissima filia respice cum quanta miseria fetentis in mundicie maculant isti miseri corpus atque mentem ipsorum vt aliquid iam tibi dixi. Sed aliquid addere volo vt apertius agnoscas exuberantem fontem misericordie mee et amplioris compassione mouearis ad hos infelices quos ista tangunt. Sunt aliqui ita impleti demoniaca conditione quod non solummodo carent omni reuerentia circa venerabile sacramentum excellentiam vilipendendo in qua collocaui eos ex inextimabili bonitate mea sed ipsi velut inmemores ex affectione misera quam circa creaturam aliquam habent eius ab illa obtinere non valent quod optant agunt aliquas incantationes inuocando demones et cum venerabilis sacramento quod est vobis exhibitum in cibum vite faciunt sua maleficia mortifera vt infelicissima desideria sua perficere valeant ac inhonestas voluntates eorum executioni mandare. Et ouiculas illas de quibus ipi debent habere curam ipsis prouiden do spiritualiter atque corporaliter his et aliis modis affligendo cruciant. Et vt etiam ipsa vidisti eas ire compellunt velut insanientes et mente captas. Et ita violenter agere facere eas faciunt his que sunt vltra voluntatem ipsarum propter maleficia que fecerunt isti demones in/

carnati. Et aliquando propter hu/
iusmodi violentiam quam ipse resi
stendo substinet: ⁊ carū corpora gra
uiter affliguntur. Et quoniam hec
⁊ multa alia mala tu plene nosti de
miserabili: ⁊ inhonesta vita eorum
vltra non expedit in presenti repli/
care. O carissima filia carnem hu/
manam vltra choros angelorum exal
tatam ex vnione diuine nature cum
humana vestra natura taliter isti
miseri ⁊ infelices vilipendunt atque
tanto fetori subiiciunt. O miser ⁊
abhominabilis homo: non homo:
sed animal immundum: quia car/
nem t am oleo sancto perunctam:
⁊ mihi consecratam absque verecun/
dia meretricibus exhibes ac etiam
deterius inquinas. Carni tue toti/
usque ignis humani fuit ablata pla/
ga qua vulnerauerat eam Adam
ex inobedientia sua super ligno san
ctissimo crucis virtute plagati cor/
poris vnigeniti filii mei. O miser ip
se te honorauit ⁊ econuerso tu irro/
gas ei contumeliam. Ipse vulnera
tua sanauit precioso sanguine suo:
⁊ quod amplius ē ipse tibi cōmisit
ipsum sanguinem omni populo suo
ministrandum: ⁊ tu vulneras eum
quantum est in te cum huiusmodi
peccatis inhonestis atque lasciuiis: ip
se velut bonus pastor abluit oues
eius in sanguine suo: ⁊ tu lotas in/
quinando fedas quia iuxta posse tu
um infetenti fimo submergis eas. Tu
debes eē speculum honestatis: ⁊ ecō
uerso tu es exemplum inhonestatis
⁊ immunditie. Omnia membra tui
corporis: vt apparet miserabiliter

ad operandum disponis: ⁊ opposi/
tum agis eius quod vnigenitus filius
meus egit. Nam ego substinui quod ei⁹
oculi velarentur: vt oculi tui salu/
briter illuminarentur tu vero cum
tuis oculis lasciuis venenata sagit
ta percutis animam tuam: ⁊ iuxta
posse conaris vulnerare cor illarum
creaturarum quas ita corrupta mē
te respicis. Ego substinui quod aceto fe
le mirto potaretur: ⁊ velut animal
inordinatum auide tibi procuras
epulari splendide quodammodo fa
ciendo tibi de ventre deum: vel ido
lum in tua lingua iugiter habes in
honesta verba cum vanitate mul/
ta quā exercere deberes in āmonen
do proximum in anunciando ver/
ba mea: ⁊ in persoluendo diuinum
officium: vt obligaris ore pariter ⁊
corde. Ego autem ex illa solummo/
do sentio fetorem iuras enim atque
sepe periuras: etiam blassemando
quemadmodum esses vnus vilis ri
baldus. Ego sustinui quod illi ligaren/
tur manus: vt te simul: ⁊ humanum
gen⁹ a culpe vinculo solueret. Ma/
nus tue consecrate sunt: ⁊ vncte ad/
ministrandum venerabile sacramē
tum. Tu vero eas exerces in tacti/
bus immundis: ⁊ inhonestis. Om/
nia opera tua que per manus intel
liguntur corrupta sunt: ⁊ in obse/
quium diaboli parata: ⁊ ordinata.
O miser homo ego te collocaui pro
culdubio ī dignitate magna: vt mi
hi soli seruias: tu ⁊ omnis alia crea/
tura habens in se rationem. Ego sub
stinui quod ipsi filio meo pedes affige/
rentur faciendo tibi scalam de cor/

pore suo: et volui sibi costatum aperiri: vt ipsa secreta cordis aperte videre posses. Ipsum vobis ego concessi velut apotecham apertam vbi possitis videre: pariter: et gustare ineffabilem amorem quem ad vos: habeo reperiendo naturam in eo diuinam vnitam vestre nature humane: ibi videre potes: quod ille sanguis eius de quo te feci ministrum est veluti salubre balneum ad abluendum tuas: et aliorum iniquitates tu vero de corde tuo fecisti demonis templum. Tuus etiam affectus qui pro pedibus intelligitur in se non habet: nec offert in conspectu meo: nisi putredinem: atque vituperium. Ipsi pedes tui non deferunt: nisi ad loca diaboli: ita cum toto corpore tuo tu percutis vnigeniti filii mei corpus ex eo: quia facis oppositum omnium que fecit ipse ac etiam eorum que facere teneris: ista tui corporis instrumenta sonum tenuerunt inordinatum atque malum ex eo: quia tres anime tue potentie congregate sunt in nomine demonis vbi congregare debueras in nomine meo. Memoriam debuisti tenere plenam beneficiis a me graciose receptis: tu autem in ipsa conseruas inhonestatem: et alia multa mala. Oculum insuper intellectus cum lumine sanctissime fidei debuisti ponere in obiectum yesu christi crucifixi a quo minister electus es: tu vero proposuisti tibi statum: atque delicias vite presentis cum vanitate multiplici: et tuus affectus amare me solummodo debet absque medio tu vero mo do dampnabili creaturas inordinate diligis atque miserabile corpus tuum insuper alia animalia tua plus amare conuinceris quam me dominum tuum. Et quid hoc aperte demonstrat. Impatientia quam erga me demonstras auferendo tibi quicquam ex his que diligis atque displicentia quam erga proximum habes quando tibi videtur aliquod habere detrimentum ab eo. nam ipsum habes odio. cum blasfemia: et caritatem eius atque meam aperte multum offendis. O miser et infelix effectus es veluti minister diuine mee caritatis ignifere: tu vero propter inordinata desideria tua propria pro paruo temporali detrimento perdis illum. Attende filia carissima: quoniam hec est vna de illis tribus miserabilibus columnis de quibus iam tibi supra dixi.

Qualiter in predictis ministris auaricia regnat etiam ad vsuram prestando.

Capitulum. cxxvij.

Nunc ergo tibi de secunda columna videlicet de misera/bili auaricia narrare dispono quam ego satis abhorreo pro eo quod isti lieces isti vendere conantur illud quod vnigenitus filius meus tanta liberalitate donauit eis. Attendere namque dixit ipse in ligno crucis aptum: et ex toto laceratum vndique sanguine

effusum. Non. n. redemit homines auro: vel argento: imo suo sanguine precioso propter amoris abundantiam: Nec redemit vnam solumodo mundi partem: imo totus in eo fuit ex amplissima caritate sua redemit vniuersum genus humanũ preteritos: vz presentes z futuros: nec vobis exhibuit huiusmodi sanguinem absq igne, p co q cũ igne feruentis amoris vobis illuz ipendit. Nec recepistis istũ ignem z sanguinem absq natura diuina: qui i ipso fuit pfecte vnita cũ humana natura vestra: z huius vniti sanguinis ex affectu tã excessiue caritatis isti miseri ministri effecti sũt. Et ipsi cũ auaricia tanta z cupiditate detestabili: qd a filio meo ptio tanto z ingenti caritate redemptũ est in cruce: vz aias ita vilipendunt: z male tractant. Atq thesaurũ eis gratis cõmissum ex quo ministri facti sunt huius pciosi sanguinis in auaricia tanta dispensant: q ẽt. scispũs graz vendere satagũt quã ipsi gratis acceperunt: vt alijs ẽt ipsi simili mõ ministrẽt: s3 econuerso subditos a se redimi faciũt qñ ipsi subditi petunt: qd sibi gratis pcessi. Tales non hñt os auidum vt apte videat ad gustãdum: z manducandũ escam aiarũ ad honorem meum: imo solum ad deuorandum pecuniaz. Et ita sunt in caritate restricti super eo q ipsi liberaliter acceperunt q in eis per gratiam habitare nequeo: nec pximus p amore. Substãtiã tpalem quã ipsi accepunt habũdanter virtute pciosi sanguinis yesu christi la scive psumũt viuendo luxuriose cũ mulieribus z hoibus ihonestis z attinentibus eoz nutrientes vituperabiliter adulteros filios eorũ. Et solũ attendentes ad semetipsos veluti fures atq latrones digni morte eterna furantur ea q sunt ecclesie z pauperũ yesu christi. O miserabiles vbi sunt filij dulcium atq realium virtutuz quas habere debetis: vbi est ingens z affectuosum desiderium circa meum honorem atq salutem animarum vbi est ille dolor atq cruciatus quo salubriter affligi debes videndo lupum infernalem auferentem atq deuorantem ouiculas tuas. Nõ adest. Quoniam in arto corde tuo atq similium tuorum amor mei: nec proximor tuorum non est nec etiam capere potest in eo. Tu solum modo diligis temetipsum amore priuato: atque sensitiuo cum quo venenas temetipsum z alios. Tu es ille demon infernalis qui deuoras eas cum inordinato amore. Aliud non videtur appetere gula tua. Et ideo minime curas quãuis ille demon inuisibilis eas asportet. Tu ipse demon visibilis effectus es instrumentum: vt ad inferna descendant. Quos vestis atq pinguefacis de substantia ecclesie: Temetipsum z alios diabolicos viros vna tecum simul: z animalia tua: videlicet pulchros equos ornatos quos in stabulo tuo tenes non ex necessitate: sed ex curiositate propter inordinatas concupiscentias tuas. Tu deberes contentari si necessitati satisfaceres esset.

Iste super sine concupiscentie solēt esse secularium hominum vite pre/sentis delectationes vero tue debe/rent esse circa pauperes etiam infir mos visitando: subueniendo neces/sitatibus eorum spiritualiter: atqꝫ temporaliter. Ex hoc te precipue fe ci ministrum atqꝫ tantam exhibui dignitatem. Sed quia tu brutum animal effectus es ideo delectaris in animalibus illis. Tu vero non vides veluti execcatus: quia si vide res: ꝛ attente cōsiderares eterna sup plicia que tibi parata sūt nisi te cor rexeris nullo modo faceres: imo do leres de preteritis transgressioni/bus atqꝫ p̄sentes virtuose vitares. Ergo filia carissima considerare po tes q̄ꝫ iuste conqueri debeo de mi/seria ministrorum istorum. Et cum quanta liberalitate dotaui eos at/que magnificaui ꝛ ipsi cum quanta misera cupiditate degenerant: ꝛ ab hominabiles atqꝫ reprobi sūt. Ad hoc etiam aliqui augent suas ini/quitates ad vsuram: videlicet pre/stando non ꝙ quasi vsurarij publi/ce tendiculaꝫ in hostio suo teneant. Sed cum ingenio subtili exquisito tempus vendere procurant pro ximo suo ex cupiditate sua peruer/sa quod omnino prohibitum: ꝛ illi/citum est. Et si esset aliquod ense/nium parui valoris: ꝛ ipse cum in/tentione sua recipiat in loco precij pro seruicio cōmodate pecunie tan̄ quam vsura reputabitur: ꝛ quic/quid aliud accipiet pro tali tempo re. Ego constitui miserum huiusmo di: vt ipse secularibus hoc interdi/cat: ꝛ ipse facit ita. Et insuper addo ꝙ si quis ad eum vadit pro consilio super tali materia: quando inuolu tus est in eodem defectu: ꝛ quia lu/men rationis amisit consiliū eius tenebrosum omnino est atque pas/sionatum ex eo: ꝙ anima sua simili passioni subiacet. Isti cuꝫ alijs plu/ribus defectibus oriuntur a corde suo cupido: ꝛ auaro. Tali congrue dici potest verbum veritatis incar nate: quando facto flagello de funi culis eiecit vendentes: ꝛ ementes a templo dicens domus mea: domus orationis vocabitur vos autem fe/cistis illam speluncam latronum. Tu bene vides dulcissima filia: ꝙ ita se veritas habet: ipsi vendunt ꝛ emunt quasi mercanciam agentes de gratia spiritussancti. Et sic ma/nifeste patet ꝙ illi qui volunt ec/clesiastica beneficia multa largiun tur exenia simul: ꝛ pecunias illis qui stant ī circuitu curie. Et illi mi seri fautores attendere negligunt vtrum sint boni vel mali. Sed vt complaceant: ꝛ amore doni perce/pti sattagunt huiusmodi plantam vere putridam in viridario sancte matris ecclesie collocare: vnde faci ent ex hoc optimam summo ponti/fici rationem. Et sic vterqꝫ frau/dulenter incedit cum vicario yesu christi: vbi deberent cum veritate pur̄ procedere. Sed si vicarius vni/geniti filij mei deprehendit huius/modi defectum illorum vtrunque punire debet auferendo benefici/um indigno nisi vitam suam emen dauerit. Alter vero qui emit con/

grue poneretur in carcere donec d
suo defectu videatur esse correctus
vt alii timeant: ita decetero perpe/
trare. Si summus pontifex: ita faciet
proculdubio succedet ad honorem
meum: et debitum eius sin autem
de isto peccato punietur: quoniam
compelletur ante me reddere ra/
tionem de suis omnibus: crede filia
dilectissima quod hodie non ita serua/
tur: et ideo tot in ecclesia mea defe/
ctus oriuntur ex eo: quia quando
promotiones in ecclesia fiunt non
inquiritur de vita promouendo/
rum vtrum bona siue mala fuerit.
Et siquid inquiritur interrogatur
illi qui cum eis simul male vite sunt
qui non aliter exhiberent attesta/
tores: nisi prout in se percipiunt es/
se maculatos. Et hodie precipue re
spicitur ad alicuius status altitu/
dinem: vel nobilitatem huius mi/
seri corporis: vel ad temporales di/
uitias: et quod valde polite loqui nouerit
rit promouendus. Et quod est val/
de mirabile: immo detestabile in con
sistorio quandoque dicitur: et allega/
tur quod pulcer est homo: attende dia
bolicum opus: quia deberet inqui/
ri de ornatu: et pulchritudine virtu
tis: et inquiritur: et attenditur de pul
chritudine corporis: et corticis exte/
rioris. Deberent inquiri pauperes
humiles qui vitarent ex humilita/
te prelationes istas: et assumuntur
illi qui cum vanitate multa: et in/
flata superbia: et ambitione querunt
Attendunt etiam ad scientiam: que si
est in homine bone vite cum humi/
litate vera bona quidem est: et per/
fecta. Cum autem est in homine su
perbo inhonesto: et vite scelerate qua
si venenum est ei: nec de scriptura
quicquam intelligit: nisi secundum
exteriorem corticem littere in tene/
bris eam intelligit: quia caret om/
nino lumine rationis: et offuscatum
habet oculum intellectus in quo lu
mine rationis declarata fuit: et in/
tellecta cum lumine supernaturali
scriptura sacra prout apertius ali/
bi tibi dixi. Itaque scientia proculdu
bio in se bona est: sed non in eo qui
iugiter abutitur ea: immo efficitur si
bi velut ignis inferni: nisi vitam su
am virtuose correxerit. Et ideo po/
tius est attendendum ad hominem
sancte vite quam ad hominem sci/
entificum qui male vite fuerit fre/
quentissime tamen fit oppositum: im
mo boni et virtuosi licet in scientia
sint ydiote stulti reputantur: atque
contemnuntur ab eis: pauperculos
quoque vitant: quia nihil habent
ad largiendum. Itaque vides quod in
domo mea que debet esse domus
orationis vbi relucere debet insti/
tie sancte lumen: et scientie cum ho/
nesta sanctaque vita cum odore vir/
tutis mendacium habundantissi/
me videtur. Debet et virtus pau/
pertatis voluntarie lucere cum san
cta sollicitudine circa curam ani/
marum: vt eruantur a potestate
demonum. Sed omnes quasi satta/
gunt: et appetunt aggregare diviti
as: et tantam diligentiam atque sol
licitudinem erga temporalia sum/

pserunt: vt omnino spiritualia re/liquisse videantur: nec ad alia cō/muniter attendere videntur: nisi ad ludendum: et ad risum: et ad multi/plicandum huiusmodi substantias temporalem: et velut inanes atten/dere nō videntur: quod hic est modus vt illam amittant. Nam si virtuti/bus habundarent: et haberent ad spiritualia diligentiam: vt obligan/tur absque dubio temporalibus ha/bundarent. Et multas rebelliones passa fuit ecclesia sancta quas indu/bitantissime non habuisset si spiri/tualia curasset. Ipsi debent dimit/tere mortuos tradere sepultur mor/tuos proprios: et virili virtute sequi doctrinam veritatis: videlicet yesu christi filii mei: vt in eis mea volun/tas virtuose perficiatur: hoc est illud agendo propter quod eos elegi: et in tanta dignitate collocaui. Sed op/positum agunt quia moribunda et ista transitoria cum effectu nimis i/ordinato sepelire contendunt: et au/ferunt officium de manu seculari/um. Hoc autem mihi valde displi/cet: atque damnosum est ecclesie san/cte: quia deberent illa gubernanda pretermittere secularibus: videlicet illis qui positi sunt ad huiusmodi re/gimen temporalium: vt vnus mor/tuus congrue sepeliat alium. Et quod dixi quod vnus mortuus alium sepe/liat attende: quod duplici modo mor/tuum intelligo vnus est: quando ministrat aliquis ista temporalia cum culpa peccati mortalis videli/cet per inordinatum affectum at/que sollicitudinem. Alius modus est quando est corporis officium quod non habet in se vitam: nisi quantum habet ab anima. Et tantum de vi/ta participat quantum anima tra/hit in eo moram: et non vltra: et ideo per se res mortua potest appellari Debent igitur vncti: atque mini/stri mei qui velut angeli viuere de/bent: dimittere mortuis ista mori/bunda et terrena ipsi vero guberna/re debent animas que semper vi/uunt: et nullo tempore moriuntur: quantum ad essentiam gubernan/tes eas ac eis ecclesiastica sacramen/ta ministrantes: et alia dona sancti spiritus eas alendo cibo spirituali verbi dei: et exemplo sancte vite: et isto modo mea domus erit locus orationis habundando iustitiis et virtutibus eorum. Et quia non ita faciunt: imo contrarium video per experientiam: ideo congrue dicere possum: quod est effecta spelunca latro/num ex eo quod ex auaritia sunt effe/cti mercatores ementes: et venden/tes: vt iam dixi. Et est effecta rece/ptaculum animalium ex eo: quia viuunt vt animalia bruta cum in/honestate fetida. Et hoc enim ex illa fecerunt velud stabulum: quo/niam iacent in luto miserabilis in/honestatis. Et ita tenent in ecclesia demoniacas concubinas corpore absque verecundia sicut sponsus honorifice sponsam in domo sua retinet. Itaque vi/des hec et alia multa mala que traseo pro presenti que procedunt: et oriuntur ab his duabus columnis abhominādis

videlicet in mundiciam cupiditate et avaricia.

Quomodo superbia regnat in predictis ministris per quam sensus perditur. Capi. cxxviij.

cautelam quam habuit arbitrium liberum ad portam voluntatis: vnde sensus etiam ipsorum faciūt oēs vnum sonum valde suauē qui egreditur a ciuitate talis anime quoniam omnes ianue clause sunt et aperte. Porta enim voluntatis est, cūo clausa ne proprius amor ingrediatur et est aperta quia iugiter amat et optat honorem meum atque proximi dilectionem. Intellectus est etiam clausus ad videndum vanitates: delitias atque mundi miserias q̄ sunt omnes veluti nox ex qua tene brescit intellectus qui delectatur in eis et inordinate recipit eas. Est etiā apertus cum lumine quod aspicit in obiectum incarnate mee veritatis. Memoria quoque clausa reperitur ex eo quia tradidit obliuioni mū dum ac etiam semetipsum quo ad carnalem viuendi modum. et est apta vt beneficiorum meorum quotidie recipiat habundantiam cum in gi reminiscētia affectus anime tūc agit iubilum valde suauem tempe ratis et modificatis cordis cordis cum prudentia salubri et cum lumine ita q valde concorditer vnum sonum exhibent videlicet ad laudē et gloriam mei nominis. In hoc ipso sono in quo magne corde potentiarum anime concordant etiam alie parue corde: videlicet exteriores corporis sensus ita bene mozigerati insimul alludunt vt ego tibi dixi loquendo de malis hominibus q sicut omnes sensus in morte sonabāt ex eo quia recipiebant inimicos suos. Ita sonant in vita isti quia recipiunt intra se solum amicos verarum atque realium virtutum cū quibus optime concordant opera virtuosa. Omne quippe membrum laborat valde laudabiliter in opere sibi deputato. Bene laborat oculus in suo visu: auris in auditu suo: similiter odoratus in suo odoratu: gustus in suo gustu: lingua bene sermonem suum exprimit: manus in tactu atque pedes in incessu. Hec oīa concordant in vna melodia et in vno sono videlicet in seruiendo proximo propter gloriam et laudem nominis mei et anime seruiendo cum sanctis operationibus virtuosis. Et obediunt anime correspondentes ei tanquam organa iocunda mihi valde placent ista similiter et angelice naturi imo et veris gustationibus qui tales expectant cū iocunditate valde gaudiosa quia vnus participabit bonum alterius. Etiam isti mō do placent velit an nolit. nā hoīes iniqui nequeūt ita latere sine fugere quin in se valde bene sentiāt istius melodie dulcedinem: imo quā plurimi cum hoc hamo et instrumē to remanent ibi captiui et discedentes a morte veniunt ad vitam. Cūcti quippe sancti ceperunt aliquas animas hoc organo dulci. Primus qui sonaret in sono vite fuit amoro sum verbum assumendo vestrā humanitatem et cum humanitate diuinitati coniuncta et vnita cithari zando dulciter in cruce filium humane generationis ibi ceperit. Captiuauit etiam educ[e]rsarium humani generis diabolum cum dominiū

ᵖᵇstulit qui tāto tpe possederat ip̄z humanum genus ex culpa ꝓpria. Uos etiam omnes ab isto dulci magistro discentes isti dulci sono pulsatis: cum ista sapida doctrina principes illi gloriosi vz apostoli ceperūt aīas eius verbū per vniuersuz orbē seminātes vt a b ipso ꝟbo filio meo didicerāt. Exinde martyres: confessores: doctores atqꝫ virgīes oēs animas isto dulci sono capiebant. Attē de gloriosaz virginē vrsulā que tam dulci sono citharizauit ꝙ. xi. milia virginū vno tractu cepit ꝛ aīas totidē aliarū gentiū: ꝛ ita fecerūt aliq̄ modis varijs. Quid horꝫ est in causa. Proculdubio prouidētia mea. Prouidi nāqꝫ istrumēta tribuens illis atqꝫ viā ꝛ modū quō sonare valebāt. Et quicquid eis exhibeo siue pmitto in vita pn̄ti totū est ad augmentū istorū instrumētoꝝ duz homines velint agnoscere neqꝫ velint auferre sibimetipsis lumē cum quo videre debēt interponēdo nubem amoris proprij atqꝫ cōplacentiā sui sensus.

De prouidentia dei qua vtit̄ cuz suis creaturis in vita presenti ꝛ in alia. Capitulū. cxlviij.

Ergo filia carissima dilatetur īmo cor tuū ꝛ aperi oculū itellectus cū lumine fidei vt aperte videas cū quāta prouidētia ꝛ amore creaui hoīez ꝛ ordinaui vt ipse gaudere possit meo summo ꝛ eterno bono. Prouidi quidē i oīb⁹ aīe simul ꝛ corpori tā hoībus iperfectis ꝙ perfectis bonis atqꝫ malis tēporaliter atqꝫ spūaliter in celo simul ꝛ in terra in hac vita imortali pariter ꝛ in vita mortali. In hac vita mortali dū estis viatores ꝛ peregrini ligaui vos in vinculo caritatis: nā hō violenter ē in eo ligatus ex eo qꝫ si se voluerit soluere ex affectu ꝓximi caritate priuat⁹ tn̄ in eo ligatur ex necessitate. Ut enim in actu pariter ꝛ affectu caritate deberetis vti prouidi nō tribuendo cuilibet oīa sibi necessaria pro vita sua. vt etiā si qs ex iniquitate sua perdiderit affectū ꝛ amorē ex necessitate cōpellamini ꝑticipare simul vt saltim actuz huiusmodi caritatis hēatis. vnde tu vides artificē ad colonuz hēre pro sua necessitate recursum: ꝛ ita colonus hēt ad artificē: vn⁹ enim indiget altero qm̄ vnus ignorat agere qd̄ facit alter. Ita clericus atqꝫ religiosus indiget habere secularē atqꝫ secularis religiosum. vnus enim sine reliquo facere nequit ꝛ ita de ceteris. Sed nūquid nō poteram ego dotare quēlibet de necessarijs oīb⁹: Utiqꝫ. Sed ego prouidere volui ꝙ vnus humiliaretur alteri ꝛ ꝙ ita cō pellamini saltē actum caritatis inuicē habere tali necessitate compulsi. Ostendi igitur magnificentiam bonitatē atqꝫ prouidentiam meam in eis ꝛ sequi potius volunt ꝛ ire post tenebras proprie fragilitatis. Mēbra corporis vestri faciunt vobis verecundiam quia caritatiuaz habent in se concordiam ꝛ nō vos. Unde quando caput indiget adiutorio man⁹ illico subuenit ei. Et si

digitus quāuis sit valde paruum:
in corpore membrum aliqua patiē
caput minime dedignatur ei subue
nire licet in corpore maius atqꝫ no
bilius mēbrum existat: sed succur/
rit ei subito iuxta posse iuuando cū
visu auditu ⁊ affectuoso verbo ni/
hil ommittēdo cum omni fideli sol
licitudine. Similiter omnia mēbra
faciunt. Non ita facit hō superbus
qꝛ videndo pauperem egrotum in
necessitate constitutū qui membrū
est ipsius tamen ei subuenire negli
git non solum cuꝫ omnibus que hēt
īmo neqꝫ in verbo modico: sed vili/
pendit eum ⁊ cum improperio faci
em auertit quasi nauseā ostēdendo:
habundat in diuitiꝭ ⁊ cū fame pe/
rire permittit: sed ipse non attendit
ꝙ eius misera crudelitas ante me
fetorem exhalat ⁊ vsqꝫ in ꝓfunduꝫ
inferni talis eius putredo descēdit.
sed ꝓuideo per modū aliū illi pau/
perculo meo ⁊ pro pōdere pauper/
tatis ei retribuentur habundētissi/
me diuitie. Ille vero cuꝫ īproperio
maximo redarguetꝰ a veritate mea
ꝓut in euangelio cōtinetur vbi ni
si se corrigat a qua sibi dicetur. Esu/
riui ⁊ nō dedisti mihi mādūcare: si/
tiui ⁊ non dedisti mihi bibere: nu/
dus erā ⁊ non induisti me: infirmꝰ
fui ⁊ in carcere: neqꝫ visitasti me.
Et in tali necessitate minime ꝓde/
rit ei si dicat. Ego nunquā vidi te:
qꝛ si te vidissem hec oīa libentissime
fecissem. Optime nāqꝫ nouit ille mi
ser qꝛ ab ipsa mea veritate moniti
sunt oēs in euangelio ꝙ illud quod
amore suo fit vni pauperculo mini/
mo suo sibi reputat esse factum: ⁊ īō
iuste cum demonibus infert ei sup
plicium eternum. Itaqꝫ vides ꝙ in
terra prouidi ne properent ad inte/
ritum eternum. Si vero consideres
vitam eternā in ciuibus ibi consistē
tibus ⁊ in āngelica natura multum
ordinate prouidi super ipsorum or/
dinata caritate. Non enim volui ꝙ
vnus gustet propriū bonuꝫ suū tā/
tummodo quod a me recipit immo
volui ⁊ ordinaui ꝙ bonuꝫ vniuscu
iusqꝫ participetur ab omnibus ita
ꝙ ex ordinata ⁊ ꝑfecta caritate ma
ior gustat bonum minoris ⁊ ecōuer
so minor maioris: minor vero quan
tum ad mensuram beatitudinis. nō
ꝙ paruus non sit plenus ⁊ perfectis
sime consolatus prout magnus. oēs
enim sunt pleni in suo gradu prout
alio loco tibi dixi. O quantum ca/
ritas ista est ibi fraterna ⁊ qꝫ ē vni/
ta in me ⁊ vnus cum alio recogno/
scendo ipsam caritatē a me ꝓut cā
a me receperunt cū illo timore san/
cto atqꝫ debita reuerentia quaꝫ eis
dedi: vnde semetipsos accendunt in
me necnon ⁊ in me vident ⁊ cogno/
scunt excellentissimam dignitatem
in qua collocaui eos. Angeli cuꝫ in
genti gaudio cōmunicant cum ani
mabus beatorum atqꝫ beati cuꝫ an
gelis. Itaqꝫ omnes in perfectissima
dilectione caritatis in alterutrum
omnia bona participant ⁊ exultan
tes vltra qꝫ intelligere valeas iubi
lando mirabili modo gaudent in
me nulla tristitia reperitur ibi sed
omnia sunt ibi dulcia ⁊ omnis ama
ritudo procul ex eo ꝙ dum vixerūt

etiam in morte me gustabant ex amoris affectu in proximi sincera caritate. Quis hec ordinauit: Sapientia mea cum admirabili dulcis prouidentia. Si vero te vertis ad purgatorium ibi considerare poteris etiam optabilem et inestimabilem prouidentiam meã in illis pauperculis animabus que ppter ignorantiam amiserunt acceptabile tẽpus: et quia separate sunt a corpore non habent vltra tempus in quo meritum acquirere possint. Illis ergo prouidi q vos qui nunc estis in corpore viuentes eas adiuuare potestis videlicet elemosinis: ieiuniis: orationibus et aliis piis operibus in statu gratie factis et precipue cum officio diuino a meis ministris deuote persoluto. Per hunc ergo modum abreuiatis eis tempus penitentie sue mea misericordia mediante. Ecce ergo quanta dulcedine gratiose puidi. Hec omnia tibi dixi que pertinẽt intus ad animam ad salutem vestram vt efficiaris ex toto philocapta et induaris vere fidei lumen atq spem firmam in prouidentia mea et teneat ipsam eruas de te et in omnibus occurrentibus in me speres absq timore seruili quocunq.

De prouidentia qua vtitur deus erga pauperes eius seruos etiam in temporalibus. Capi. cxlix.

Nunc vero filia carissima tibi volo dicere particulam valde paruam de modis quos ego teneo cum seruis in me sperantibus ad subueniendum ipsorum exteriori necessitati. Prouisionem vero meam amplius siue minus inueniunt quanto perfectius vel imperfectius expoliati sunt de semetipsis ac etiam de mundo tamen omnibus gratiose prouideo. Et precipue pauperculis meis qui videlicet voluntate sunt vere spiritu pauperes hoc est intentione spirituali. Multi nãq pauperes vltra immo contra suam voluntatem existunt. Isti sunt procul dubio diuites cuo ad voluntatem sed in veritate mendici sunt quia minime se crẽt in me neq voluntarie paupertatem ferunt quaz ego velut animarum illorum exhibui medicinam q diuitie nocuissent eis et extitissent in causa damnationis eorum. Serui vero mei si sunt pauperes minime sunt mendici. Mendicus enim aliquando non habet ea que sibi sunt necessaria et in graui necessitate pmit. Pauper vero nõ habũdat s tñ hz necessaria. Ego nãq nunq ei deficio dũ in fiducia ꝑ sperat in me. Aliqñ tñ eos ad aliquã extremitatẽ adduco vt apti us videãt et itelligãt q ego possum et volo necessitatib eorum valde gratiose prouidere et sic amplioꝛi confidẽtia sperẽt in puidẽtia mea et amplectant auide spõsã suc paupertatis. Et illo tunc admirabili modo clementia mea sancti spũs qui serui re talibus optat in necessitate puidet eis etiã in his exteriorib coꝛda succendo diuitũ variis modis vt

eis in sua necessitate subueniatur: et ita tota vita pauperculorum meorum isto modo gubernatur vz cum solli citudine quam seruis mūdi tribuo de illis. Et verum est q vt in virtu te crescant atq probentur in fide patiētia et perseuerantia quandoq substineo q eis iniuria cū imprope rio atq cōtumelia dicatur et nihilo minus ipsimet qui dicit vel facit eis iniuriā a clemētia mea cōpellitur vt eis faciat elemosinā et necessitati tali subueniat: hec est vna puiden tia generalis quā facio pauperculis meis. Sz in magnis amicis atq fi delibus seruis meis aliqñ sine me dio creaturarū vtor ipsa prouiden tia mea solū mō per meipsum prout ipsamet experta fuisti. Et audisti de patre tuo btō dñico seruo meo glo rioso. s. q in principio sui ordis cum hora prādij fratres nihil oīno habe rent ad comedendū totus fidelis in me sperādo certissime q ego puide rē dixit fratribus vt discūberēt qui ita fecerūt per obedientia sui patris. Tūc ego qui sperātibus in me gra tiose prouideo misi duos āgelos cū albissimo pane de quo pluribus vi cibus habundātissime comederūt. Ista puidētia facta fuit absq ope ratiōe hominū et a clemētia mea so lūmodo processit. Aliqñ prouideo multiplicādo paruā quātitatē que minime sufficiebat: vt opti me nosti de beata agnete cōsorte tua que mi hi seruiuit a sua pueritia fideliter vsq ad vltimū vite sue cū humilita te vera et indubitata spe taliter q oī dubitatiōe propulsa de nihilo cogi tabat pro se sue pro familia sua. vn de cū vna fide paupcula sine qua cunq substātia tpali ad pceptū glo riose marie virginis iuit ad edificā dū pulchrū monasteriū i loco vete stabili qz morabant ibi peccatores. Ipsa nullo mō dubitauit intra se di cens. Ego quō potero perficere tan tū opus. Fideliter igit in me confi dens iuit et cū prouidētia mea fecit sibi tale monasteriū monialium vbi cōgregauit in principio decē et octo virgines puellas cū nihil oīno ha berēt nisi put ego prouidebam eis. Tamē ego substinui semel q trib[9] dieb[9] absq pane steterunt herbas tantūmodo comedentes. Sup isto pūcto tu posses admirari dicendo mihi: quare deduxisti eas ad hāc ex tremitatē cū iā expresse mihi dixe ris q nunq deficis in aliqua neces sitate seruis in te sperātib[9]. In hoc apparet eis in tanta necessitate nō ertitisse prouisum ex eo qz loquen do cōiter cōis hō viuere non potest herbas tātūmodo comedēdo et pre cipue cū hō nō est in magna perfe ctiōe. Et si agnes erat in statu ma gne pfectiōis credere possumus q oēs alie virgines ille nō erant in ta li statu. Ad hoc ego rñdeo q ita fe ci atq permisi vt inebriarentur ille perfecte de prouidētia mea. Imper fectis vero materiā exhibui pp sub secutū miraculū vt fundamentum atq principium facerent in lumie sanctissime fidei: et in tali cibo vel alia materia quando similis casus occurrit ego do dispositionē vnam humano corpori taliter q ita meli

nis valet cū quadam herba modica vel etiā fine quocunq; cibo q̄ prius quando panē habebat z alia cibaria que sunt ordinata pp vitā hois adiuuādā atq; sustentandam. Et hoc apertissime nosti quoniā in temetipsa pbasti. Etiā ego prouideo quātitatē paruam multiplicādo alicuius materie. Cum enim illa stetisset in illo spatio tēporis iā expresso vertit ad me fidelem oculū sui cordis in oratione sua dicens. Dulcissime dne amantissime pater z eterne sponse nūquid ordinasti q̄ istas virgines ab ipsarum domo pater na traherem z in ista domo tua congregarē vt in ea fame pereāt. Pro uideas optime domine necessitati bus earum. Ego tamen erā ille qui faciebam eā ita petere habebā quidem complacentiā experiendi fidē eius z ipsius humilem oratione ac ceptabam. vnde prouidi satisfaciendo petitioni sui cordis quod in conspectu meo stabat z inspirando coegi quendā vt afferret ei quinq; panes z illico sue menti patefecit: vnde prius q̄ ille qui portabat appropinquaret hostio fine rote dixit alicui de filiabus eius. Filia vadas ad rotam z recipe panē illū quem nobis dominus gratiose mittit. Illis ergo quinq; panibus allatis ordinate discubuerunt. Dum igitur agnes illos paruissimos panes frangebat ego concessi tantam virtutes in manibus eius panes multiplicādo q̄ oēs ad libitū refecte fuerunt: imo tanta superhabundantia remāsit in mensa q̄ omnibus in prandio sequentis diei fuit habūdantissime satisfactum. Nos z alijs varijs modis ego puideo seruis z amicis meis qui voluntarie pauperes effecti sunt. Nec solūmodo dico voluntarie nisi fint spiritu pauperes hoc est cum intentione spirituali: alias enim modicum proficeret eis pront occurrebat antiquis philosophis qui ex affectu quē habebant ad adiscendam scientiam vtiq; mundanā contēpnebant has diuitias z voluntarie pauperes efficiebātur intelligētes ex quadam experientia siue naturali notitia q̄ ista sollicitudo exterior mundanarum diuitiarum impediebat eos ne venirent ad illud scientie culmen quod optabant vbi collocauerant finem atq; terminum ante oculum intellectus eorum. Sed quia paupertas ista voluntaria non erat cum intentione spirituali ad gloriam z laudes nominis mei ideo non habuerunt alicuius gratie vitam neq; perfectionem: imo receperant in se mortez eternā.

De malis que procedunt in possidēdo vel inordinate desiderando diuitias t pales. Capi. cl.

Attende filia carissima quātum est dedecus z materia cōfusionis hoibus xpianis miseris amatoribus diuitiarū qui minime sequunt intellectū quē hīt a natura vt acquirere possint bonū eternum sicut isti philosophi fecerūt vt sciētiā inutilē adintā adiscer possent. Agnoscēt eos enim eas ad īpedimētū sui pposit

foꝛ contemnebant:imo pꝛoijciebāt eas. Et isti de istis diuitijs volunt sibimetipsis per modum loquēdi facere dominum. Et hoc aperte manifestatur: ꝙ sic est ex eo: quia amplius amaricatur āmittēdo diuitias huiusmodi tempoꝛales ꝗ̄ āmittendo me qui sum sūmum: ꝛ eternum bonum. Si tu bene consideras omnia mala producuntur ex hoc inoꝛdinato desiderio congregandi diuitias. Oritur inde superbia dum homo desiderat esse maioꝛ. Et iniustitia tam in se ꝗ̄ in alijs. Insuper ꝛ auaritia: qm̄ ex appetitu pecunie sollicite ꝓcurat expoliare siue fraudare fratrē ꝛ pꝛorimum suum ac etiam arripere bona ecclesie minime foꝛmidat q̄ sunt acquisita ꝑcio sanguinis vnigeniti filij mei. Oritur etiā inde quandoqꝫ reuenditio carnis pꝛorimi sui. Et etiam tempoꝛis vt vsurarij faciunt qui veluti latrones vendunt ea q̄ minime sua sunt. Gulositas egreditur inde propter multa cibaria satis inoꝛdinate sumpta. Unde sequitur inhonestas: qꝛ si non haberēt ad expendendū frequenter in conuersatione tante miserie minime moꝛarentur. Quot etiā homicidia odia pꝛoditiones crudelitates erga pꝛorimum inde procedunt cum infidelitate circa me pꝛesumendo: de se tā ꝗ̄ si pꝛopꝛia virtute sua diuitias illas acquisiuissent: nec attendunt ꝙ illoꝛum virtute non acquisiuerunt: neqꝫ pessidēt eas: imo solum ex ꝓuidentia mea. Ipsi vero de me quidem iniustissime spem āmittunt: ꝛ solummodo sperant in vanitate diuitiarum suarum. Et velut exceati non vident ꝙ in earum vanitate se deceptos inueniunt ex eo: qm̄ in vita pꝛesenti sunt eis quandoqꝫ ablate per dispensationem meam: ꝛ eoꝛum vtilitatem: vel saltem in moꝛte derelinquunt eas. Tunc aperte cognoscunt ipsoꝝ huiusmodi spem extitisse vanā absqꝫ stabilitate sine sacietate fructifera desideriū ergo diuitiaꝝ tpaliū hoīem facit esse panperē: ꝛ occidit a vita gratie opatur esse crudelē sibimetipsi: aufert sibi dignitatē infiniti: ꝛ facit eū esse finitum: qꝛ vꝫ deberet huiusmodi desideriū eius solū esse ī medio qui sū infinitū bonū: ꝛ ipse posuit ꝛ vniuit illud in re finita: ꝛ vilissima: ipse ꝑdidit gustū sapoꝛis virtutū: ꝛ odoris crimie paupertatis: āmisit de se ipso dominium oꝛdinando se diuitiarum seruū: insatiabilis est ex eo qꝛ diligit ea que sunt infra se: quoniam omnia creata sunt in obsequiū hoīs: ꝛ non vt homo seruiat eis homo aūt est oꝛdinatus: vt mihi solū modo seruiat qui sū finis eius. Quot laboriosis penis: atqꝫ periculis homo sponte se subijcit nō solū in terra: sed ēt in mari: vt opes ꝯgregare possit non solū ad necessitatē vite: sed ad superhabundantiam: atqꝫ cō cupiscentiam: ꝛ auaritiā: vt postea reddeat ad ciuitatem pꝛopꝛiam cū ambitione magna: ꝛ pompa seculi: Neqꝫ curat vel paruam in coꝛpoꝛe suo sustinere penam ad acquirendas virtutes que sunt anime vere diuitie ipsi suffocauerunt in illis vanis diuitijs coꝛ ꝛ affectum cum quo

bus mihi seruire debent: et cum va- riis: et illicitis lucris conscientias eorum onerant. Attende diligenter ad quantam adduci sunt inopiam atque miseriam: et cuius effecti sunt serui. Proculdubio non alicuius rei stabilis: imo cum vanitate multa sunt: valde mutabiles: hodie namque quis est in seculo diues: cras vo pauper. Nunc in sublimi statu illico in infimo. Nunc a mundo aliqui reputati sunt: et habiti cum multa reuerentia propter eorum fallaces diuitias: illis vero deperditis ab ipso mundo sunt in derisum: et improperium: et in contemptum habiti cum verecundia: et improperio: et absque compassione male tractantur. Ipsi namque diligebantur intuitu diuitiarum illarum: et non ex virtute qua dotati fuissent: quia si dilecti fuissent ex aliqua virtute que fuisset in eis proculdubio deperdite non essent reuerentia circa ipsos: et affectuosa dilectio licet opes essent amisse remanentibus virtutibus. O quam grauia sunt hec onera mentibus eorum ad portandum. Tam grauia sunt quod in hac via peregrinationis non possunt expedite currere: nec transire per arctam ianuam. Ita veritas incarnata vobis in euangelio dixit: vos quod facilius potest intrare camelus per foramen acus quam diues in regnum celorum loquitur de diuitibus illis qui miserabiliter: et inordinato affectu diuitias eroptant: atque possident eas. Multi nanque sunt illi pauperes qui per inordinatum amorem: et affectum vniuersum orbem cum voluntate sua possident si quomodo possent habere hi per portam absque dubio transire nequeunt ex eo quod est arta: et humilis: vnde nisi deponant onus: atque restringant affectum inordinatum a mundo: et ex humilitate ceruicem inclinent per transire non poterunt. Et non est alia via que dirrigat eos ad vitam: nisi solum ista. Bene tamen est alia via multum ampla que dirrigit ad eternam damnationem ambulantes per eam: sed velut excecati non vident ipsorum in recuperabilem ruinam. Et in vita presenti gustant aram inferni. Nam ipsi per omnem modum a pena cruciant eo quia plus optant habere quam possint. Non habentes inde torquentur: et cum amittunt a magno dolore cruciantur. Et cum tanta mensura doloris amittunt cum quanta mesura carnalis amoris illa possidebant. Ammittunt proximi caritatem: et amorem fraternum: et non videntur vllo modo curare virtutem aliquam acquirere. O putredo mundi non dico de rebus in se: quoniam omnia creani bona: imo perfecta: sed ille putridus est qui cum affectu carnali: et inordinato possidet illas lingua tua filia carissima narrare nesciret quot mala sunt que procedunt inde quottidie. Vident et experiuntur ipsi miserabiles: et excecati: et tantum agnoscere nolunt eorum inestimabile detrimentum.

De excellentia pauperum spirituum: et quomodo yesus christus exemplo nos docuit. Capi. cli.

Aliqua narrãdo tibi tetigi: vt amplius: ⁊ apertꝰ agnoscas thesaurũ paupertatis volũtarie spiritu. Quis agnoscit: Pauperculi serui mei dilecti qui: vt expedite possent iter hoc agere: atq; trãsire per sanuã artã onꝰ diuitia⁊ i terram affectuose proiecerũt. Aliqui piecerũt eas effectualiter: ⁊ mentaliter isti sunt obseruantes consilia pariter: ⁊ precepta mentaliter: ⁊ affectualiter Aliũ suãt vtiq; pcepta legis actualiter consilia vero mẽtaliter virtuose diuitijs affectum eruentes: quoniam eas non habent: neq; possident per inordinatum amorem: sed ordinate cum sancto timore meo: vnde talis factus est ipsarũ non auarus possessor: imo pius proximo pauperi dispensator. Iste quidem bonus est: primus vero perfectus: q2 ẽ cũ maiori fructu ⁊ impedimẽto minori: ⁊ in eo videtur prouidentia mea magis aperte relucere actualiter de qua cõmendando veram paupertatem narrationem perficiam: vterq; ceruicem humiliter inclinat faciendo se virtuose paruulum. Sed quoniam alias tibi narraui de secundo nunc de primo solummodo tibi loquar. Ego tibi monstraui q; omne malum damnum sine pena tam in vita presenti: q; in futura procedit ab inordinato amore diuitiarũ: sic econuerso noueris q; omne bonum ⁊ pacifica requies oritur a vera paupertate: considera diligenter: aspectum pauperculorum meorũ: ⁊ cũ quanto gaudio: ⁊ iocunditate sancta quottidie viuunt: ipsi nullo tẽpore contristantur nisi super offensa mihi facta. Que tristitia nõ affligit: imo pinguescere facit animam. Propter huiusmodi paupertatem sũmas inchire diuitias derelinquẽtes tenebras obscuras inuenerũt semetipsos in perfecta luce. Quia mundi miseriam õmiserunt eterno gaudio p osfea letantur: propter vilissima bona mortalia recipiunt in mortalia bõa pretiosa vbi maximã habebũt: ⁊ inestimabilem consolationem tollerare labores cum iustitia refrigerium est eis: caritatiue cum omni rationali creatura conuersantur: neq; sunt personarum acceptatores. In quo virtꝰ relucet: atq; firma spes: Ubi ardet ignis vere caritatis: In eis vtiq; Quia cum lumine fidei quaz habuerunt in me qui sũma sum: ⁊ eterna felicitas a mundo lenauerunt omnẽ spem: ⁊ ab omni mundana consolati: ne: ⁊ fuerũt amplexati veluti sponsam amabilem veram paupertatem cum serui tricibus eius: seruitrices vero paupertatis huiusmodi sunt vilitas est sui contemptu: ⁊ humilitate vera q; seruiunt: atq; nutriunt in anima verum affectum ⁊ amorem. Cum ista fideli spe caritatis igne succensi veri serui mei sa ltabãt: atq; saltant extra mundi vanitates: ⁊ diuitias eiꝰ ac etiam extra proprium sensũ: hec omnia vilipendendo contemnebãt prout egit ille gloriosus apostolus Matheus qui a bancho saltando reliquit opes multas quas in seculo possidebat: ⁊ indilate secutus est veritatem incarnatam que vocauit

vos modum ꝛ regulam: vt ametis
ꝛ imittemini p̄ upertatem istam.
Neq̃ docuit verbo solummodo: sed
exemplo suo perfectissimo. Nam a
sue natiuitatis initio: vsq̃ ad finem
vltimum vite sue per exemplum in
se. Uos huiusmodi doctrinam aper
tissime docuit. Ipse pro nobis spon
sam istam humilem disponsauit: vz
paupertatem extremam cum esset
ipse sũma felicitas ex vnione diuine
nature ē enim vnum mecum: ꝛ ego
secum: ꝛ habeo diuitias infinitas.
Et si vis eum videre pauperez: ꝛ hu
miliatum attende deum esse factũ
hominem: ꝛ vilitate vr̃e humani/
tatis eē vestitũ. Tu vides hoc ama
bile verbuz in stabulo nasci cũ esset
virgo beata Maria mater eius in
itinere: vt ostenderet vobis viatori
bus: q2 quottidie debetis in stabu/
lo proprie noticie vestri permanere
ibiq̃ renasci vbi eum inuenietis na
tum in anima vestra per gratiam.
Tu vides eum in medio duorũ ani
maliuz in tanta penuria: q̄ ipsa ma
ria non habuit: vnde eum cohoperi
ret. Sed in tam intenso frigore cum
flatu animalium: atq̃ feno calefe/
cit eum. Et cum esset ignis excellen
tissime caritatis frigere voluit ĩ hu
manitate sua in omni vita sua dum
viueret in mundo cum discipulis: ꝛ
absq̃ discipulis aduersa tollerar̄ vo
luit. Unde propter famem aliquan
do ipsi discipuli spicas confricabãt
vt grana comederent. Et in vltimo
vite sue nudus expoliatus extitit: ꝛ
flagelatus ad columnaz deinde cru
ci crudeliter affixus: atq̃ sitibund⁹
omnia cum inestimabili patientia
tollerauit. Et in tanta fuit extremi/
tate reduct⁹: q̄ omnino ligno simul
ꝛ ipsa terra caruit: nec habuit: vbi
caput reclinare posset. Opportuit
igitur q̄ super humero ꝓprio illud
reclinaret: ipse vero velut ebrius
amore d̄ preciosso sanguine suo fecit
humano generi balneum. Nam ap
to sacro corpore suo. Undiq̃ habun
danter sanguinem effudit: ꝛ in ma/
gna paupertate: atq̃ necessitate cõ/
stitutus amplissima dona largitur.
Et dum est affixus: ꝛ arctatus in li/
gno crucis amplissime suam libera
litatem: ꝛ habundantiam suarum
diuitiarum omnibus creaturis ra/
tionalibus effundit. Gustando fel
lis amaritudinem vobis exhibuit
dulcedinem perfectam: ꝛ admirabi
lem. Dum ē in afflictiua tristitia vo
bis consolationem exhibet: dum est
affixus in cruce vos absoluit a vin/
culo peccati mortalis. Dum amore
factus ē seruus vos a seruitute dia
boli plene liberauit cum esset ven/
ditus vos ꝓprio sanguine redemit
in se mortem acceptando cõtulit vo
bis vitam. Ergo regulã vobis amo
ris eximij tribuit: quia maiorem af
fectionem: ꝛ amorem vobis ostende
re nequibat q̄ꝫ exponendo pro vo/
bis vitam qui facti fuistis inimici
sibi pariter: ꝛ mihi patri eterno hoc
ignorare videt̄ homo peccator qui
me valde offendit: atq̃ tale preciuz
nimis vilipendit. Uobis etiaz exhi
buit optimam humilitatis vere re
gulam: quoniam humiliatus est vs
que ad mortem vilissimam obpro/

briose crucis. Exemplum etiam vilitatis ex eo quia sustinuit obprobria: z improperia multa. Item exemplum vere paupertatis: vt id dictū est. Unde dixit ipsemet in euāgelio Uulpes foueas habent z volucres celi nidos filius autem hominis nō habet vbi caput suū reclinet. Quis agnoscit istā: Ille qui lumen habet fidei sanctissime. In quibus inuenitur ista fides: In pauperibus qui sunt spirituali pauperes intentione qui reginam istam: vz paupertatez in sponsam acceperunt: quoniam a se remouerunt vanas diuitias que tenebras infidelitatis inferebant. Ista regina regnum habet in quo nunq̄ est aliqua guerra: sed iugiter est ibi par z tranquillitas habūdat ibi iustitia: quoniam illud quod in iustitiam operatur separatuz est ab ea. Muri sue ciuitatis valde fortes existunt ex eo: quia nō sunt in terra molli i arena fundati: vt omnis aura posset eos ad terram deijcere: sed sup firma petra: vz iesu christo filio meo: ibi lux est absq; tenebris ē etiam ignis absq; frigore: q: mater isti us egregie regine diuine caritatis est abissus. Ornamentum huiusmodi ciuitatis est humana pietas: atq; clementissima misericordia: quoniam expulsus est ab ea tirānus ille diuitiarum qui crudelitatem habebat. Ibi est omnium ciuiū vrbana beniuolentia: vz amor omnium proximorum. Ibi longa perseuerantia cum prudentia: vnde ciuitas non imprudenter: imo prudentia vigiliq; custodia gubernatur, ppter que videt aperte: q anima que sumit huiusmodi reginam in sponsam omnibus diuitijs dominatur. Nec potest esse istarum domina: nisi dominetur etiā diuitijs eternis: vide tamen ne mors: vz appetitus diuitiarum subintraret animaz illam tūc enim ab illo bono separata foret: z extra ciuitatem ipso facto se reperiret in sūma miseria. Si vero est istē sponse fidelis vbiq; semper ei donat huiusmodi suas diuitias. Quis autem videt tantam excellentiam: videt anima que fidei lumen habet: z ista sponsa: sponsum suum idest hominem: z cepit indutū mirabili puritate: diuitias vanas auferendo si bi que faciebant ipsum immundū z priuat eum conuersationibus malis: z exhibet ei bonas priuat eum ī bertia negligentie: atq; mundi sollicitudinem eijcit a se: priuat eum amaritudine diuitiarum vite presentis: z eū dulcedine remanet. Spine preciduntur rosa vero conseruatur ī pulchritudine sua. Anime stomachuz euacuat a corruptis humoribus amoris inordinati: z facit ipsum exoneratum atq; leuez quo prius euacuato postea cibo virtutum implet que suauitatem inestimabilem exhibent. Ei duos ordinat habere seruitores qui bene disponant habitationem eius: vz odiū: z amorem. Odium autem vitiorum: atq; proprie sensualitatis purgat animā ab omni sorde: sed amor virtutum ornat eam: z priuat ipsam omni dubitatione: atq; timore seruili ei securitatem exhibendo cum timore san

cto. Et in effectu virtutis omnes: atque gratias complacentias: ⁊ solaciosas delectationes: inuenit anima que reginam istam egregie paupertatis assumit in sponsam. Nullo modo metuit habere molestiam. Eo q᷑ nullus est qui faciat ei bellum. Nō timet etiam habere famem sine penuriam: quia fides vidit: ⁊ sperauit in me creatore suo: vnde procedunt omnes opes cum diligentissima ꝓuidentia iugiter eos alo: ⁊ vbique nutrio. Nunquid vnquam audisti vel vidisti: ꝙ aliquis verus seruus meus: ⁊ huiusmodi sponsus paupertatis alicubi fame periret? Non: cū tamen inuenti sint plurimi qui perierint in suis multis diuitijs non ī me confidentes: ⁊ ideo perierunt. In istis vero pauperculis meis ego nunquam deficio: quoniam ipsi nūquam in me sperare deficiunt. Et iō veluti pater pius atque benignus eis indefesse prouideo. O cum quāto gaudio: ⁊ animi libertate venerunt ad me: quia nouerunt eum lumine fidei ꝙ a principio: vsque ad vltimum diem vite presentis vsus fui vtor ⁊ vtar in futurum in omnibus prouidentia mea spiritualiter ⁊ temporaliter. Tamen aliquando permitto ꝙ ipsi plura tollerent: vt alias tibi dixi: quia volo ꝙ in fide crescant ⁊ in spe de suis laboribus plenissime remunerandi. Nunquaꝫ tamen eis in sua necessitate deficio in totum experti sunt abissum prouidentie mee ibiqꝫ lac diuine dulcedinis degustāt: ideo minime timēt amaritudinem corporee mortis: imo cuꝫ anxio desiderio currunt ad eam velutti iam proprie sensualitati mortui: ⁊ etiam quo ad istas vanas diuitias: ⁊ tanquam philocapti spōsum vere paupertatis fuerunt feruenter amplexantes. In volantate mea quottidie viuentes ad omnia parati sustinere calores: ⁊ frigora nuditatem famem: atque sitim derisiones: ⁊ contumelias: imo etiam mortem cum anxio desiderio dandi vitam amore mei qui sum eoruꝫ vita: ⁊ sanguineꝫ amore sanguinis. Attende pauperes apostolos: ⁊ alios martires gloriosos Petrum Paulum Stefanum: atque Laurentium qui non apparebat esse supra ignem: sed super floribus odoriferis: ⁊ iocundis: ⁊ quasi cum tiranno ludendo dicebat Assati vnā partem verte aliam: ⁊ manduca. Cum igitur ingēti diuine caritatis igne paruum extinguebat anime sue ..en suꝫ. Lapides vero Stephano videbantur esse rose. Quis erat in causa? Uerus amor cum quo sumpserant istam reginam vere paupertatis in sponsam cum vniuersum orbem amore mei reliquissent. Ipsam ergo dispensauerunt cum lumine sanctissime fidei cum firma spe ac obedientia prompta realiter obedientes consilijs: atque preceptis: Unigeniti filij mei mentaliter: atque actualiter. Mortem optabant: ⁊ vitam habebant cum displicentia: ⁊ impatientia: non vt laborem effugerent: immo solum: vt mihi: qui sum finis: videtur vnirentur. Et quare non timebant

mortem quam omnis homo natura liter metuit: Quia sponsa vere pau pertatis assecurabat eos auferendo eis totaliter amorem proprij corpo ris: et omnium diuitiarum orbis. Un de cum virtute conculcauerunt: at que debellauerunt amorem natura lem habito lumine: et amore diuino supernaturali. Et quomodo poterit homo qui est in tali statu dolere de morte sua corporea q desiderat am mittere vitam: imo cum amara pe na tolleraret eam ita prolixa: aut quo modo in aliquo dolere poterit amit tendo seculi diuitias quas affectuo sissime iam diu eum tanto desiderio contempsit: hoc absque dubio non est valde magnum. Nam ille qui non amat non dolet: imo delectatur am mittendo rem quam odit, itaque vn decunque te verteris in eis inuenies optabilem pacem: et eos habere re quiem: et omne bonum. In illis ve ro miseris qui possident huiusmodi seculi diuitias amore tam inordina to inuenies penas intollerabiles: et omne malum quamuis in exteriori aspectu videatur esse contrarium: sed in rei veritate sic est. Quis enim non indicasset q lazarus extitisset in summa miseria: et ille diues damna tus in iocundo gaudio: et in magna quiete fuisset. Et tamen ita no erat quia penam ampliorem habebat ille diues cu habundantia sua tpali q ille pauperculus lazarus a lepra cruciatus: et eo q in lazaro mortua erat voluntas propria: et in me viue bat qui sibi dabam in pena refrige rium: atque consolationem: in diuite vero sua voluntas viuebat: vnde p cedebat omnis pena. Cum ergo la zarus expelleretur ab hominibus: et presertim ab illo diuite damnato nec haberet extergentem vulnera sua: vel in aliquo sibi prouidentem: ego prouidebam: q animal irratio nale lingeret eius vlcera. Et in vlti mo vite ipsorum videtis cum lumi ne fidei lazarum in gloria: et illum diuitem in inferno cruciari: Itaque diuites in tristitia multa permanet pauperculi vero mei stant in sancto gaudio. Ego quidem eos iuxta pe ctus meum habeo et conseruo lac eis exhibendo multarum consolationu qui amore mei dereliquerunt om nia totaliter: ideo me totum habent ad possidendu: Spiritussanctus ita loquendo se nutricem facit guberna do corpus et animam ipsoru in quo cunque statu fuerint. Etiam ab anima libus brutis: ego prouideri facio di uersimode sm indigentiam eorum: pro solitarijs egrotis ordino quan doque q alius in heremo solitari⁹ va dat ad eos visitandos: atque guber nandos. Tu quoque nosti q pluries ego te coegi contra consuetudinem tuam egredi cellam: vt in necessita te subuenires pauperculis egrotan tibus: hoc idem in te manifeste pro basti de prouidentia mea. Dum eni a creatura in tua necessitate subsidi um non haberes. Ego creator illico prouidi mirabili modo. Igitur ego nunq in me vere sperantibus in ali quo deficio: sed graciose prouideo. Et vnde pcedit: q homo quoque stans in delicijs cu panis multis: et in magna

cura ꝓprij corporis habendo quotti die cibaria delicata cōmune tū erit infirmitate grauatus. Postq̄ aūt amore mei se contempsit ꝛ amplexatus est voluntariam paupertatem vnico vestimento sibi reseruato ad cohoperiendam corporis nuditatē ipse idem efficitur etiā corpore fortis atq̄ sanus: ꝛ nō videbitur q̄ aliquid ei noceat: neq̄ comprehendet q̄ illi corpori suo detrimentum aliquod inferant frigora siue calores: vel alia cibaria grossa. Totum hoc a prouidentia mea ꝓcedit: q2 de illo curā habere cepi qui mihi de se totaliter curā cōmisit oīo derelinquendo semetipm̄. Ergo dilectissima filia vides apte iquāta requie ꝯsistāt hi ꝓamabiles pauperculi mei.

Repetitio sūmaria de ꝓdicta ꝓuidentia diuina. Capi.clij.

NArraui tibi filia mea carissima nūc aliquā particulam de prouidentia mea in omni manerie gentiū ostendēdo q̄ a principio quo mundū primū ego creaui: ꝛ postea secundum vz hoīem ipsum ad imaginem meam: ꝛ similitudinem creando: vsq̄ ad vltimū finem: ego suz vsus ista prouidentia mea: ꝛ oīa que feci facio: ꝛ faciam accedunt: atque proficiunt ad salutem vestram q2 volo sanctificationem vestram ꝛ oīa que tribuo vobis ad istū finem exhibeo: hoc iniqui non vident: q2 sibimet ipsis lumen abstulerunt. Etiam tibi dixi: q̄ q2 non agnoscunt i me scandalizantur. Tamen ego eos patienter tollero expectans eos: vsque ad vltimum procurando: ꝛ prouidendo necessitatibus eorum qui sunt peccatores velut ꝛ iustis in temporalibus: ꝛ spiritualibus. Itez aliqua tetigi pauca de diuitiarum imperfectione: ꝛ ad quam miseriā illuz adducunt qui possidet eas affectu i ordinato. Et tibi dixi de paupertatis excellentia: ꝛ de diuitiarū habūdātia quā ipsa paupꝰtas aīe tribuit eā in sponsam eligenti: ipsa quidem sociata est cuz sorore vilitate de qua vilitate vnā cum obedientia tibi dicam aliqua. Item ostendi tibi quantum mihi virtus illa placet: ꝛ quomodo sibi prouideo paterna prouidentia mea. Totum hoc tibi narraui pro cōmendatiōe tante virtutis atq̄ sanctissime fidei cum qua peruenit anima ad hunc excellentissimum statum: ꝛ vt in fideli spe facias augumentum: ꝛ vt pulsare non desinas ad misericordie mee ianuā. Crede fideliter viua fide: q2 desiderium tuum: ꝛ aliorum seruorum: ꝛ amicorum meorum adimplebo cuz tollerantia multorum laboruz: vsq̄ ad mortem. Tu vero confortare viriliter: ꝛ exulta i me: q2 sum i oībus defensor atq̄ ꝯsolator tuꝰ. Nūc ergo tibi loquēdo satisfeci sup ꝓuidētia de qua me rogasti dicēdo: q̄ ego necessitati mearum creaturarum benigne prouiderem ꝛ apte nouisti q̄ ego minime cōtēno scā desideria vr̄a.

Qualiter hec aīa post gratiaruz actiones dn̄m humiliter exorat: vt ei loquat̄ aliqua de obedientie virtute. Capi.cliij.

Hec aīa deuota tūc velut ebria admirabili mō philocapta de vera sanctaq; paupertate dilatata in summa ⁊ eterna magnitudine atq; transformata in abissum ineffabilis atq; excellentissime prouidentie taliter q̄ existens in vase corporis extra corpus ei videbatur eē ꝑpter obūbratione atq; rapinam quaz in ea fecerat ignis eterne charitatis oculum intellectus infixum hēbat in diuina maiestate dicēdo summo ⁊ eterno patri. O pater eterne: o ignis abisse vere caritatis: o eterna pulchritudo: o eterna sapientia: o bonitas eterna: o eterna clemētia o spes atq; refugiū peccatorum: o largitas inestimabilis: o bonum infinitum ⁊ eternum. O fatue ꝑpter excessiuū amorē nunquid indiges aliqua creatura tua: mihi videtur q̄ egeas eo qd̄ facis quēadmodū si viuere non valeres absq; illa cum tu sis vita ex qua viuunt oīa: ⁊ sine qua nihil oīno viuere potest: propter quid igitur es taliter infatuatus in creatura tua. Quare de ipsa fuisti philocaptus ⁊ in temetipso tibi cōplacuisti ⁊ ita delectatus fuisti de illa: ⁊ velut ebrius ⁊ auidus valde suam salutem optas ⁊ admirabili modo queris: ipsa vero fugit. Tu sibi propinquas ⁊ ipsa semetipsam elongat. Propinquius enim venire non poteras q̄ induendo verbū tuum humanitate nostra. Quid vltra dicam: faciam veluti balbutiens ⁊ dicam a.a.a.a. quia nescio quid vltra loqui possim ex eo q̄ lingua finita non valet exprimere qd̄ aīa sentit ⁊ cognoscit nec affectus eius infinite desiderantis te bonum infinitum mihi congrue videtur verbū apostoli pauli dicere posse videlicet oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt que vidi ⁊ que preparauit deus diligentibus se. Sed que vidisti Vidi archana dei que non licet homini loqui. Et quid dicis Proculdubio non attingo cum his gressis atq; carnalibus sensibus: sed tamen dico q̄ vidisti atq; gustasti anima mea summe ac eterne prouidentie stupendum abissum. Nunc ergo tibi gratias ago summo ⁊ eterno patri super imensa bonitate tua mihi miserabili demonstrata que quacūq; gratia sum indigna: Sed qr̄ noui q̄ acceptas libenter ⁊ imples anxia ⁊ sancta desideria neq; veritas tua mentiri pōt opto q̄ aliqua mihi pādas de virtute obedientie atq; de ipsius excellentia veluti tu mihi pater eterne promisisti vt ipsi⁹ amore iugiter inardescam ⁊ nunquā ab obedientia tua discedam. Placeat ergo maiestati tue mihi de sua perfectione narrare ac vbi possim illaz inuenire. Et quid est illud quod possit eam a me auferre ⁊ ecōuerso qd̄ est illud quod mihi prebeat illam. Et quod est apertum signū mihi demonstratiuū vt illā habeā vel nō.

Hic incipit tractatus obedientie ⁊ primo vbi obedientia reperitur: ⁊ quid est qd̄ a nobis aufert eā: ⁊ quod est signum q̄ homo habeat illam. Capitulū. cliiij.

Tunc etern⁹ pi⁹ atq̧ benign⁹ pater oculũ sue clementie vertit ad caȝ dicens. dulcis atq̧ carissima filia sancta desideria ⁊ iu ste petitiones crau/ diri merentur. Et iõ ego summa ve ritas mea promissa tibi facta cõple bo satisfaciendo desiderio tuo. Tu petis a me ꝙ dicã vbi possis obedi entiã inuenire ⁊ ob quã causam tu potes eã amittere ⁊ qð est apertũ si gnũ ꝙ illã habeas vel non. Primo rñdeo tibi ꝙ illam inuenies valde perfecto mõ in dulci ⁊ amoroso ver bo vnigenito filio meo ⁊ in ipso fuit ista virtus ita prõpta ꝙ vt illã ope perficeret velocissime cucurrit ad mortẽ opprobriose crucis. Si vis vi dere quid auferat illã attẽde primuȝ hominẽ Adã ⁊ videbis aperte cau/ sam ꝑpter quã amisit obedientiam quã ego pater eternus imposueraȝ ei: que proculdubio superbia fuit ⁊ egressuȝ habuit ⁊ ortum ab amore proprio ⁊ a complacentia socie sue. Ista eã fuit pp obedientiaȝ quã am misit ⁊ inobedĩetiã quã incurrit vñ pdidit vitã gratie ⁊ mortẽ inuenit ammisit innocentiã ⁊ illico cecidit in immunditiam atq̧ miseriam nec ipse solũmodo imo ⁊ vniuersum genus hominuȝ vt aliquando tibi dixi. Si gnũ vero demonstratiuũ vtrũ hãc virtutem habeas: est vera patiẽtia ⁊ econuerso tibi demonstrat impa/ tientiaȝ ⁊ econuerso tibi demõstrat: impatientia ꝙ ipsa virtute cares vnde narrando tibi de predicta vir tute cognosces sic aperte eẽ. Sed ad uerte ꝙ duplex est obedientia: vna quippe bona sed alia perfecta non tamen sunt adinuicem separate sed vnite sicut ego dixi de ꝑceptis atq̧ consiliis ꝙ vnum videlicet est bonũ ⁊ aliud perfectum. Nullus omni/ no potest in vitam eternam ingre/ di nisi tm̃ obedientia mediãte. Nã eũ obediẽtie claui fuit aperta para disi ianua sicut per inobedientiam Ade clausa fuerat. Ego ꝟo confide/ rans hoĩes queȝ ita diligebã eẽ sine priuatũ ad quẽ eũ in tãta dignita/ te creauerã ⁊ ꝙ ad me redire per se nullo modo poterat inductus atq̧ coactus ab inestimabili bonitate mea claues obedientie sancte rece/ pi ⁊ in manibus vnigeniti filij mei posui ⁊ consignaui ⁊ ipse velut porto nari⁹ fidelissimus ⁊ egregius ianuã celorũ aperuit: vnde nullus omni/ no põt ianuam ipsaȝ ingredi nisi so lũ ille qui ꝑportanari⁹ iste cum ta/ li claue voluerit aperire: quia patẽ ter in euangelio dixit ꝙ nemo pote rat ad me venire nisi per eum. Ipse vero vobis reliquit huiusmodi cla/ uem dulcem obedientie quando re diens ad me cum palma victorie ce los ascendit hominuȝ descrendo cõ uersationẽ. Et ille tunc ipsam clauẽ vicario suo cõmẽdauit videlicet pa pe qui congrue dici potest xp̃s i ter ra cui omnes estis obligati vsq̧ ad mortem obedire. Siquis autem ab obedientia sua se fecerit alienũ in/ dubitanter est in statu damnatio/ nis nisi se correxerit ante mortem prout alias ego tibi dixi. Nunc

volo q̄ tu videas ꝛ agnoscas hanc virtutem excellentissima in humili ꝛ imaculato agno ꝛ vnde procedit in eum. Si petis a me vnde ꝓcesserit obia tā prōpta in hoc verbo filio meo ꝓculdubio noueris q̄ ab amore quē habuit ad honorē meū ꝛ ad salutē vestrā egressa fuit. sed amor ille sanus vn̄ ꝓcessit. A lumie clare visionis cum qua videbat apte aīa sua diuinam eēntiā atq̧ trinitatem eternā. Itaq̧ quotidie me deū eternum videbat. Ista quidē visio perfectissime operabatur in eo fidelitatē illā quā imperfecte sanctissime si dei lumē opatur in vobis. Idō mihi patri suo eterno fidelissimus extitit vnde cucurrit cum lumine glorioso veluti philocaptus per viā obedientie. Amor vero non est solus: imo sociatus est ab omnibus virtutib⁹ realibus. oēs enim virtutes vitam hauriunt ab amore vere caritatis q̄q̄ virtutes aliter essent in eo ꝛ aliter in vobis. Inter alias amor ipse hēt virtutē inuicte patiētie que medullū ē eius ꝛ est signum aperte demonstratiuū vtrū aīa sit in gratia ꝛ si diligit in veritate vel nō. Et idō mater virtutū .i. caritas assignauit eā in sororem virtuti obie ꝛ eas inuicē ita copulauit ꝛ vniuit q̄ vna nunq̄ āmittitur sine reliq̄ vel ambas habetis vel ambas ammisistis. Ista virt⁹ hēt virtutē humilitatis in nutricem a qua quotidie nutrit: vn̄ tātū ē aliquis obediēs quantū est humilis: ꝛ tantū ē humilis quantum obediens. Hec humilitas est nutrix ꝛ baiula caritatis: ꝛ ideo lac eiusdem virtuose fouet atq̧ nutrit virtutē obediētie. Vestis vero quā habet ab ista nutrice sua est vilipēsio sui que sit semetipsam opprobriis induendo displicendo sibi vt amplius mihi placere valeat. Et hoc in quo sine vbi clarius inuenitur. In ipso dulci iesu filio meo. Quis eniꝫ āplius semetipsum vilipendit atq̧ contēpsit q̄ȝ ipse saturatus ē opprobrijs derisionibus atq̧ contumelijs displicuit ei vita sua corporea vt mihi placeret. Quis enim amplius illo patiens extitit. Nā ex ore suo nūquam auditus fuit clamor ex aliq̄ murmuratione: sed valde patiēter amplexatus iniurias veluti philocaptus obedientiam impositā ei ꝑ me eius patrem eternuꝫ impleuit. Igitur in eo perfecte reperies eaꝫ. Ipse vobis huiusmodi regulā atq̧ doctrinam dimisit quā in se primo seruauit. ipsa vobis vitam exhibet q̄ est via directa. ipse vobis est vita: ꝛ ideo vobis aperte dixit in euāgelio q̄ erat via veritas ꝛ vita: ꝛ q per eam ambulabat erat in luce: ꝛ qui vadit in luce non offendit nec offenditur quin aduertat quoniam abstulit a se tenebras amoris proprij vnde precipitabatur ad inobedientiam quia sicut iam dixi consotia vnde procedit obedientia est indubitanter humilitas. Ita dico tibi q̄ a superbia procedit inobedientia que procedit ab amore proprio sui. Soror que consignatur ab amore proprio inobedientie certitudinaliter est impatientia. Superbia vero nutrit eam ꝛ cum tenebris in

fidelitatis velocissime currit per viam tenebrosam unde recipit et invenit eternam morte̅. Omne̅s enim vos oportet ex necessitate legere sup isto glorioso libro ubi scriptam invenietis hanc et omne̅ alia̅ virtutem.

Qualiter obedientia clavis est qua celum aperitur atq̧ de suis excellentijs. Capitulu̅. clv.

Postq̧ ostendi tibi ubi virtute̅ ha̅c obic potes invenire u̅n venit et que sit eius consortia et a quo nutritur modo loquar tibi de personis obedientibus et insimul de ceteris inobedie̅tib' atq̧ de generali obedientia et particulari vz de obedientia preceptor̄ et de alia consiliorum. Tota fides vestra fundatur in obedientia: na̅ in obedientia demonstratis esse fideles. Posita q̄ p̄ desunt a mea veritate generaliter in lege p̄cepta que debetis omnes observare: quor̄ e̅ principale vz ut me sup o̅ia diligatis et proximum velut vosmetipsos: et ista sunt una cu̅ aliis ita co̅nexa pariter et unita q̧ unu̅ observari no̅ po̅t nisi cetera serventur nec etiam unum omitti potest quin etia̅ obmittatur alia. Si quis ista duo servaverit etiam alia servat et est mihi fidelis atq̧ proximo suo. Me vero igit' et i meo caritatis amore consistit: et ideo est obediens et facit semetipsum esse subditum legalib' preceptis atq̧ proximo propter me. Omnia patienter et cum humilitate tollerat et omnem labore̅ sine proximi detractionem. Hec obedientia fuit excellentie tante q̧ omnes ab ea gratiam attraxistis velut ab inobedientia mortem extraxistis. Non tamen vobis usque quaq̧ sufficeret si solu̅modo fuisset in verbo pro vobis incarnato et non inveniretur in vobis. Jam ego dixi tibi q̧ est illa clavis que celu̅ aperuit qua̅ clavem in manu vicarij sui dereliquit atq̧ co̅mendavit. Ipse quoq̧ vicarius in manu cuiuscunq̧ percepto baptismo ubi sponte promittat diabolo et ipsi mundo cum omnib' pompis eius in veritate renunciare ponit et exhibet et obedire p̄mittens accipit huiusmodi clavem obedientie. Itaq̧ quilibet habet i particulari et est eadem ipsa clavis verbi. Siquis vero no̅ ambularet cum lumine fidei et cu̅ manu amoris ad aperiendum istam ianuam eterne vite cum ista clavi nunq̄ itrare poterit non obstante q̧ ab ipso verbo meo fuerit aperta. Quoniam ego creavi vos absq̧ vobis ex eo q̧ me non rogastis: nam vos amavi prius q̄ essetis sed non decrevi salvare vos absq̧ vobis. Oportet igitur vos in manu clavem huiusmodi portare: neq̧ sedere debetis sed ambulare videlicet ambulando per viaz incarnate veritatis imitando virtuose doctrinam eius. Non eni̅ ut iam dixi sedere debetis videlicet in re finita ponendo vestrum affectu̅ ut agunt aliqui stulti qui sequu̅tur veterem hominem videlicet Adam facientes ut ille fecit qui proiecit obedientie clavem in lutum immo̅ditie co̅terendo ea̅ cu̅ malleo super

t

bic. Insuper et eã rubiginauit amo re proprio mediante nisi quod ex quo venit vnigenitus filius meus huiusmodi clauem obedientie tenens in manu purificauit eam in igne diuine caritatis atque de luto traxit eã et in sanguine suo perfectissime lauit cum gladio siue malleo iustitie diuitiis eam fabricando vestras iniquitates in incude sui sacrati corporis ipse reparauit ita perfecte quod quotienscunque quilibet homo clauem suã ex arbitrio libero destruxerit: ipse potest eodem arbitrio libero mediante cum gratia mea eisdem instrumentis valde bene reaptare. O miser et quam excecatus homo quia postquam obedientie clauem ita destruxisti et omittis illam iurta posse reaptare. Nunquid existimas quod inobedientia que celum obserauit illud tibi possit aperire. Putas quod superbia que ruit inde illuc possit ascendere. Credis cum turpi et lacerato vestimento ad nuptias introire. Nunquid existimas sedendo atque ligando temetipsum vinculo peccati mortalis ambulare posse vel absque clavi portam aperire posse. Non imagineris ita perficere posse quia deceptus es in hac imaginatione. Oportet ergo te esse solutum. Egredere de peccato mortali per contritionem cordis et oris humilem confessionem atque satisfactionem operis cum proposito vitam emendandi et vltra non offendendi et isto modo vili pendes et eruces et ad terrã eicies vituperabile vestimentum atque cum veste nuptiali curres velocissime portando cum lumine clauem obedientie in manu ad aperiendum ia nuam. liga liga clauem istam cum funiculo vilitatis in veritate contemnendo teipsum atque mundum. et illã appendende sancto desiderio coplacendi mihi creatori tuo de qua tibi debes facere vnum cingulum quo te fortissime cingere debes vt nunquam illam amittere valeas. Nonne ris amantissima filia quod aliqui sunt plerunt clauem obedientie quia clare viderunt eam lumine fidei quod also modo nequeunt euadere dãnationem eternam sed eam in manu retinent absque tali cingulo quo debet esse cuncti et absque funiculo predicto videlicet quia perfecte non induũt huiusmodi desiderium complacendi mihi sed sibimetipsis affectuosissime placent et funiculum vilitatis sibi non appenderũt videlicet optãdo reputari viles imo potius optant habere laudes ab hominibus. Isti satis apti sunt ad amittendum clauem istam dum aliquis eis molestia labor vel aliqua tribulatio mentaliter siue corporaliter occurrat: et nisi diligenter aduertant faciliter eam ex toto perdere possent si sanctum desiderium cum tempore negligerent. Dum tamen viuunt eam inuenire possunt si velint: si vo velle nõ curant nunquam eam inuenient. Sed quis eis patefaciet quod eaz amiserint Impatientia quia patientia erat vnita cum obedientia. Dum ergo quis non est patiens ostenditur aperte quod obedientia non est in anima. O quantum est dulcis atque glo



riosa virtus ista scilicet obedientie in qua cetere virtutes existūt ex eo q̄ a caritate concepta fuit ⁊ exorta. In ea fundata est petra sanctissime fidei: ipsa est vna regina ditissima: nam ille cui desponsata fuerit omnibus bonis habundat ⁊ nunquā aliqua mala sentit imo quotidie pacē atq̄ quietem habet: vnde procellosi maris inundationes minime ei nocent ex quacunq̄ tempestate sua. Medullum anime non sentit odiū: vnde tempore pcepte iniurie quia vult obedire. Nouit enim esse sibi preceptum vt indulgeat omnibus. Non habet aliquam amaritudinē quauis eius appetitus minime repleatur quoniam obedientia fecit eum ordinare vt solummodo me desideraret qui possum ⁊ scio ⁊ volo perficere sua desideria. Et expoliauit eum omni mundana letitia ⁊ sic in omnibus inuenit pacificam quietem quicunq̄ fuerit ille qui reginā istam assumpsit in sponsam videlicet obedientiam quam tibi posui tanquam clauem. O dulcis obedientia q̄ sine labore nauigas ⁊ absq̄ periculo peruenis ad portum vere salutis. Tu habes conformitatem in omnibus cum verbo filio meo dilectissimo. Tu ascendis in nauiculam sanctissime crucis omnia disponis voluntarie substinere ne preterreas obedientiam huius gloriosi verbi vel a sua doctrina deuies. Tu tibi facis ex illa mensam vnam vbi cibum comedis animarum in proximi caritate iugiter immorando. Tu es humilitate vera peruncta: ⁊ ideo bona proximi tui non appetis extra voluntatē meam. Tu es vtiq̄ recta sine curuitate quacunq̄: quia facis cor esse simplex atq̄ rectum ⁊ nullo modo fictum libere diligēdo proximum ⁊ non ficte sine'cuȝ simulatione. Tu es velut aurora que tecum adducis diuine gratie lumen. Tu es velut sol quia calefacis hominem qui tecum habitat ex eo q̄ nunquam es absq̄ calore caritatis. Tu quotidie germinare facis terrā videlicet q̄ instrumenta corporis ⁊ anime producunt omnia fructum qui vitam impendit in se pariter ⁊ in proximo suo. Tu es ex toto iocunda quia tua facies in nullo turbatur ex impatientia sed'ē valde grata cum dulci placabilitate patientie. Serena quidem'es ex fortitudine insuper es'in te magna cum longa perseuerantia ⁊ adeo longa sine magna q̄ occupas terram vsq̄ ad celum quia cum ipsa celum aperis Tu es velut vna preciosa margarita sed abscondita ⁊ a multis incognita ⁊'a mundo conculcata dum temetipsam vilipendis ⁊ in omnibus vilem te facis ⁊ exaltas tuas pias creaturas. Tanta quidē ē illa dominatio tua q̄ nemo tui dominari pōt quoniam egressa est totaliter a seruitute mortali proprie sensualitatis que tibi tuaȝ auferebat dignitatē hoc inimico tuo perempto cuȝ odio atq̄ displicentia tui atq̄ proprie complacētie tuam tenuisti atq̄ rehabuisti dignitatem.

Hic loqt̄ isimul de misia iobediētiū ⁊ obedētiū excellētia. Ca. clvi.

Hec omnia carissima filia mea bonitas agit que gratiose pro uidit ꝙ verbum vnigenitus videlicet filius meus clauem istam obedientie saluberrime repararet vt iam diri. Homines mundani omni virtute nudati faciunt oppositum. Ipsi sunt velut animalia bruta sine freno quia carent obedientie freno ⁊ ita currentes vadunt de malo in peius de peccato in peccatum de miseria in miseriam de tenebris in tenebras: de morte in mortem donec adducantur ad foueam extremitatis vltime mortis cū verme conscientie qui semp eos cōsumēdo rodit: ⁊ quāuis adhuc ipsi possint obedientiam resūmere volendo vȝ obedire preceptis in lege scriptis habentes tēpus amaro corde dolentes ex eo ꝙ inobedientes extiterunt tñ ē valde difficile propter longā peccandi consuetudinē: ⁊ ideo nullus ita differendo confidat q꞉ valde periculosum ē huiusmodi clauē obedientie velle tpe mortis assumere in tanta extremitate lȝ possit imo debeat in me quotidie sperare donec ē in vita pñti tñ vt diri discriminosum ē vnicuiqȝ differre vitā inordinatā emendare expectādo tēpus qđ non hēt: nec est in potestate sua ⁊ perdendo tempus ei gratiose concessum. Sed quid ē in causa huius detrimenti ⁊ huiusmodi cecitatis cor.f q꞉ nō cognoscūt huiusmodi thesaurū. Pro culdubio nubes proprij amoris cū miserabili superbia quia discesserunt ab obedientia ⁊ ad inobedientia inciderunt: ⁊ q꞉ non sunt obediētes ideo neqȝ sunt patientes vt est suū ꝯradictum: ⁊ in sua impatientia penā habent intollerabilem vnde sunt a via veritatis abstracti ⁊ per viam falsitatis atqȝ mendacij deducti serui ⁊ amici demonum effecti: ⁊ nisi se correxerit vna cum dominis eorum videlicet demonibus quorū dominium acceptare voluerunt cū hac inobedientia sua festinant ad eternum supplicium: prout ecōuerso dilecti filij legis obseruatores ⁊ obedientes exultāt ⁊ ineffabili modo gaudēt in eterna visione mea cū humili ⁊ immaculato agno factore seruatore atqȝ donatore legis: ꝙ eā in vita pñti seruādo gustauerūt pacē ⁊ ī vita btā recipiūt ⁊ induūt pacem perfectissimo modo vbi est pax vera absqȝ guerra quacunqȝ ⁊ oē bonum absqȝ malo sine molestia cuiuscunqȝ rei: certa securitas absqȝ timore infinite diuitie sine paupertate: satietas absqȝ fastidio: fames absqȝ penā: lux absqȝ tenebris. vnum summum ⁊ infinitum bonū ⁊ nullo modo finitū: quod vtiqȝ bonum est in veritate participatū in omnibꝰ veris gustationibus: quis homines in tāto summo gaudio collocauit. Sanguis agni in cuius virtute clauis obedientie fuit a rubigine purgata vt cum illa possitis ianuam aperire. Indubitanter igitur obedientia virtute sanguinis ipsam ianuā aperuit. O stulti ⁊ insensati non differatis vlterius egredi de luto peccatorum ⁊ immunditiarum quia videtur vos valde iocundari facere velut porcus in fetenti luto se circū/

uolens: ⁊ ita facitis ⁊ vos in luto carnalitatis. Ergo relinquatis inimicitias: odium: homicidia: rancores: detractiones: murmurationes: iudicia temeraria: crudelitates erga proximum: furta: mendacia: proditiones: ⁊ inordinatas complacentias diuitiarum vite presentis. Precidite cornua superbie. si enim illa precidetis extinguetis odium quod in corde tenetis aduersus illum qui vobis infert iniuriam. Metimini diligenter iniurias quas irrogatis mihi ⁊ vestro proximo cuȝ illis que fiunt vobis ⁊ inuenietis in comparatione vestrarum iniuriarum quibus offenditis me pariter ⁊ proximum vestrum ꝙ iniurie facte vobis veluti nihil apparebunt. Uos aperte videre potestis ⁊ agnoscere quia dum estis in odio cum proximo vestro vos mihi facitis iniuriaȝ ex eo quia transgredimini ⁊ contemnitis aperte preceptum meū: ⁊ insuper offenditis illum vos affectu caritatis exuentes atqȝ priuantes. Iā enim habuistis in mandatis vt me super omnia diligatis ⁊ proximum velut vosmetipsos vbi non fuit addita glosa siue postilla dicens nisi tibi fecerit iniuriam: immo fuit a mea veritate dictum absolute que perfectissime prius in semetipsa seruauit ⁊ ita simpliciter ⁊ pure vos quoqȝ seruare debetis. Si vero non seruatis vobismetipsis ⁊ anime vestre infertis detrimentum vita gratie priuantes illam. Sumatis ergo. Sumatis obedientie clauem cum lumine fidei nec ambuletis vltra cum cecitate tali neqȝ cuȝ huiusmodi frigida tepiditate immo cum feruore caritatis hanc obedientiaȝ in corde teneatis ⁊ opere vt vna cum obseruationibus legis in fine gaudeatis eterna felicitate.

De his qui tantum amant obedientiam ꝙ non sunt contenti de generali obedientia mandatorum: immo sumunt aliam obedientiaȝ particularem. Capi. clvij.

Filia carissima noueris eē quosdam in quibus taliter exerescit amor versus hanc obedientiam amabilē ꝙ nolūt eē cōtenti sub obedientia generali preceptorum legis quibus omnes estis obligati si vultis habere vitam alias in mortem incideretis eternam: vnde sequendo perfectionem assumunt obedientiam singularem atqȝ perfectā videlicet obseruando precepta atqȝ consilia mentaliter ⁊ actualiter. Non enim est ignis amoris absqȝ proprie sensualitatis odio. Igitur igne crescente tali pariter ⁊ odium augmentatur. Isti ergo propter odium sui ad occidendam omnino voluntatē propriam ligare se volūt artius videlicet sub iugo sancte religionis vel ipsi se ligant extra religionē ad obedientiam alicuius creature suā voluntatem ei submittēdo vt expeditius ambulare possint ad adaperiendam ianuam eterne vite cum tali claue. Isti sunt illi de quibus

t iiij

tibi dixi q eligebant obedientiam perfectissimam. Dixi tibi de obediētia generali. Sed quā noui tue volūtatis esse: q ego loquar de hac obedientia pfectissima ꝑticulariter: iō tibi narrare dispono de ipsa: vt tuo desiderio satisfaciam que tamen illā primam nullo modo derelinquit: sꝫ est perfectior: quia tamē dixi q erāt vnite taliter. q ab inuicem separari nequeunt. Supra tibi dixi: vnde processit: ꝛ vbi reperitur obediētia generalis: ꝛ quid est illud quod vobis aufert illam: nunc vero de particulari tibi dicam non cum extra hendo te ab isto principio.

Per quem modum peruenitur ab obediētia generali ad particularem. Capi. clviij.

Anima que cum amore sincero linguꝫ obedientie sumpsit preceptorum imittando mee veritatis incarnate doctrinam: vt est dictum virtuose semetipsam exercendo: in hac obedientia generali venit ad secundam obedientiam cum eodem lumine cum quo venit ad primam Quia cum lumine sanctissime fidei cognouit in sanguine humilis agni meam voluntatem: ꝛ amorem ineffabilem quem ei gero: ꝛ fragilitateꝫ propriam que mihi nullo modo respondet cum ea perfectione qua deberet: ꝛ exquirit isto lumine mediāte qualiter: ꝛ quomodo possit amplius propriam fragilitatem conculcare atqꝫ suam occidere voluntatem: ꝛ mihi cum ampliori perfectiōe reddere debituꝫ. Ergo perquirendo reperit cū lumine fidei locū sancte religionis q̄ procuddubio fundata fuit a spū sctō posita veluti secura nauicula ꝑ recipiendis aīabus q̄ currerē volunt ad huiusmodi pfectionē: vt eas tutissime pducat ad portū eterne salutis. Huius nauicule patronus vere spiritussanctus est qui nūquaꝫ in se deficit ex defectu cuiuscū que subditi religiosi qui trāsgressor esset ipsius ordinis. Unde nauiculā istam procuddubio nō offendit: imo semetipm. Et est veruꝫ q ex defectu tenētis gubernaculū aliqn̄ nauicula procedit fluctuando. Et isti miserabiles: ꝛ praui pastores illi sunt q clauum huius nauicule recte dirrigere deberent a patrono ꝑpter hūc respectum ibi collocati que nauicula tante delectationis est in semetipsa: q lingua tua narrare nequiret. Dico q hec anima postq̄ augmentauerit in se ignem amoris: atqꝫ sancti desiderij cum odio sancto sui reperto loco congruo cuꝫ fidei sancto lumine mortua ingreditur si tamen est veraciter obediens: vꝫ si perfecte seruauit obedientiam generalē. Et q̄uis igrederetur iperfectā poterit ad pfectionem postea ꝑuenire: imo ꝯgrue ꝑueniet in quantum virtutē obedientie voluerit in se exercere: imo pro maiori pte in principio religionē ingredientes iperfecti sunt. Quidā enim igrediunt cū pfectiōe quidam ex leuitate puerili aliqui timore aliqui propter penam aliqui propter blanditias inducti. Totuꝫ

vero consistit q virtuose postea in exercitio quod sumpserunt perseuerent: vsq in finem. Ex ingressu nāq primo solūmodo nullum iuditium habere sine dare potestis sed solum in pseuerātia virtuosa: q plurimi perfecti videbantur in cor ingressu qui postea miserabiliter apostatauerunt: vel in ordine steterunt cuz imperfectione multa. Itaq modus z actus cum quibus homines ingrediuntur in nauiculam quos ordinari diuersis modis cos vocādo iudicari non valent: sed solum affectus eorum qui perseuerant intus cum obedientia vera. Ista nauicula gines est: quia non expedit alicui subdito cogitare de suis necessariis: neque spiritualiter: neq temporaliter quia si est verus obediens bene sibi prouidebitur a patrono nauicule: vz a spiritusancto. Nosti me tibi dixisse quando narraui de prouidentia mea: q serui mei: licet essent pauperes: nunquam tamen erant mendici: quia quottidie satisficiebat ipsorum indigentie. Hoc frequenter experiuntur illi qui bene seruant ordinem suum: vnde potes aperte cognoscere: q quādo regebantur: atq bene seruabantur ordines in flore virtutum in vera paupertate z cuz caritate fraterna nunquaz tamen eis defuit in aliqua necessitate ista substantia temporalis. Postq vero se tor amoris proprii intrauit viuēdo singulariter: z obedientia sancta deficiente etiam defuit eis ista temporalis substantia. Et quanto possid t illam in habundantia maiori se periunt in maiori necessitate atq paupertate. Ualde congruum e q vsq ad minima probent: z videat quem fructum habent ex inobedientia. Nam si essent obedientes: z seruarent votum pauoertatis nō tenerent aliquaz proprietatem: neq singularē vitā agerēt: in hac itaq diui ci nauicula reperiuntur ample diuitie sanctarum ordinationum edi tarum ab his qui erant veluti templum sancti spūs cū magno lumine pariter z ordine. Considera benedictum q̄ ordinate disposuit nauiculam suā: attende franciscū q̄ta pfectiōe ac odore paupertatis cū margaritis aliaz virtutum ordinauit nauiculā sui ordinis illum dirrigēdo per viam alte perfectionis: ipse primus fuit in ipsa nauicula obseruās atq sequacibus suis exhibuit i spōsam verā sanctāq paupertatē quam ipse primus in ordine suo assumpserat i se amplerādo vilitatē: atq sui ōtemptū: nec optabat alicui creature cōplacere pter vltra voluntatem meā imo desiderabat a mundo realiter vilipendi: macerādo corpus p̄priū: z voluntatē occidens: z indui gloriabatur vituperiis obprobriis atq penis amore humilis agni cuz quo clauatus erat: z affixus in cruce: intantum q pro singulari gratia fuerunt etiam in corpore suo mee veritatis incarnate vulnera concessa: ita q in vase corporis aperte demonstrabatur quid erat in affectu cordis z anime sue. Itaq ceteris viam fecit verbo z exemplo. Sed forte mihi dices nonne religiones

alie fundate sunt modo consimili? Respondeo q sic tamen in qualibet religione non est ita principale dato q omnes a spiritusancto in hoc fundate sint accidit enim: vt in virtutibus omnes virtutes a caritate habent nihilominus alicui vna virtus est propria: & alteri est alia propria: tamen omnes in caritate consistunt. Ita contingit istis. Francisco pauperculo ppria fuit paupertas faciendo principium in sua nauicula per amoris affectum in ipsa paupertate cum ordine valde stricto pro gente perfecta: & non cōmuni pro paucis: & bonis: paucos dico quia non sunt valde multi q iperfectionem istam eligant: & attingāt ipsi vero propter defectus corū multiplicati sunt in numero: & in virtute defecerunt: & imminuti sunt non ex defectu nauicule: sed propter inobedientes subditos: atq gubernatores inordinatos. Si autem attendas ad nauiculam tui patris dominici dilecti filij mei ordinauit nauiculam suam ordine perfecto: vt vz attenderet solum ad honorem meum: atq salutem animarum cuz lumine scientie. Sup isto lumine principiuz eius ordinare voluit: non tamen priuari voluit volūtaria paupertate vera: imo iugiter habebat eam: & in signum apertum q ipsam habebat: & oppositum ei displicebat ipse & elegauit in testamento suo p hereditate filijs: atq successoribus suis maledictionem suam: & meam si possideant aliquam possessionem in singulari vel cōmuni in signuz q elegerat in sponsam istam reginam egregiam: vz paupertatem voluntariā tamen pro principaliori obiecto scientie lumē assumpsit ad extirpandum errores: & hereses illo tempore pululantes. Itaq sumpsit officium vnigeniti filij mei. Et directe videbatur quidam apostolus i mūdo cū tanto lumine veritatis: & verbum meum: ibi seminabat expellendo tenebras: & infundendo lucez: ipse fuit vnum lumen: q ego mundo gratiose concessi mediante gloriosa maria quare dixi mediante maria? Quia maria sibi dedit habitum lz a bonitate mea fuerit hoc officium ipsi marie cōmissuz. Super qua mēsa manducare facit filios suos cum lumine scientie: Procul dubio super mensa sancte crucis super qua cruce posita est mensa sancti desiderij vbi comeditur cibus animarum ad honorem meum. Ipse non vult ad alia filios suos attendere: nisi q in tali mensa cum lumine scientie solummodo perquirant honorem meum: & animarum salutem. Et vt ad alia attendant aufert ab eis huiusmodi curam rerum temporalium ideo vult eos esse pauperes. Hoc indubitanter est apertissime signum q in fide nullo modo deficiebat dubitando ne prouideretur eis. Non dubitabat: quia fidem formatā induerat: & cum spe firma sperabat in prouidentia mea. Vult insuper vt obedientiam obseruent ad quaz obseruandā ipsi venerunt & electi sunt Et quoniam immunda vita lumen intellectus offuscat: & etiam ab isto

fetenti vitio luxurie corporalis vi/
sus impeditur: ꝛ offuscatur remedi/
um apponit: vt in eis huiusmodi lu
men nullatenus impediatur: ꝛ ita
perfectius acquirere valeant scien
tie lumen. Ideo tertium votum cō
tinentie subiungit. Ab omnibus eni
vult obseruari cum vera ꝛ perfecta
obedientia. Quamuis hodierna die
male seruatur ac etiam scientie lu/
cem peruertunt in tenebras illam
inficiendo cum superbie tenebris.
Non ꝙ in se lux ista tenebras habe
at: imo solum animabus eorum ex
inordinato affectu suo tenebras ir/
rogant. Ubi superbia regnat obedi
entia non habitat: iam enim tibi di
xi: ꝙ homo erat tantum obediens
quantum erat humilis: ꝛ tantū hu
milis quantum obediens: ille vero
qui transgreditur obedientie votū
raro seruat votum odorifere conti/
tinentie mentaliter que actualiter
transgrediendo. Itaqꝫ dn̄icus iste
pater tuus inclitus nauiculam suā
ordinauit atqꝫ cum his tribus funi
culis alligat: vꝫ cum obedientia cō
tinentia: ꝛ vera paupertate. Ipse val/
de realiter ordinauit: atqꝫ discretio
ne precipua. Nō enim astrinxit ani
mas filiorꝫ ad culpam peccati mor
talis illuminatus a me vero lumi/
ne prouide disponendo pro illis qui
minus pfecti forent. Quia licet om
nes obseruantes ordinem in statu
perfectionis existant nihilominus
etiam in vita presenti vnus altero
perfectior est: itaqꝫ perfecti bene sta
re possunt in ista nauicula: ipse rea/
liter adhesit incarnate veritati mee

ipsius vestigia virtuose sequēdo de
monstrando nolle mortem alicuius
peccatoris: imo potius: vt conuerta
tur: ꝛ viuat. Est itaqꝫ laudabili mo/
do larga totaqꝫ iocunda per totum
ꝛ in omnibus odorifera ē enim vnū
viridarium optabile in se. Tamen
aliqui miseri nō obseruatores: imo
transgressores ordinis quantum in
eis est totum fecerunt esse siluestre
cum modico virtutis odore priuati
lumine scientie: vnde viridarium:
hoc in se delectabile satis est inqui/
natum: atqꝫ maculatum ab huius/
modi transgressionibus: sed in prin
cipio: non ita fuit erat enim valde
floridum: ibi naqꝫ degebāt viri ma/
gne perfectionis quorum quilibet
per modum loquendi videbat apo
stolus Paulus cum tanto lumine
ꝙ eorum oculi nullatenus impedie
bantur a quibuscunqꝫ tenebrosis er
roribus quin illico soluerentur: ꝛ il
luminarentur. Aspice gloriosum
Thomā qui cū oculo clarissimo no
bilis intellectus eius in mea verita
te speculabat: vbi lumen supnatu/
rale atqꝫ scientiā infusam ex grā cō
quesiuit ꝛ hēc pmeruit. Quā sciam
obtinuit potius p assiduitatem de/
uote orationis qꝫ ex humāo studio
ipse fuit vna lux ardentissima que
non solum in ordine suo resplendu/
it verum etiam in corpore mistico
militantis ecclesie tenebras heresiꝫ
ac errorꝫ extinxit. Et aspice petrum
virginem ꝛ martirem qui cum san/
guine suo dedit in tenebris multa/
rum heresum lumen valde per ful/
gidum quas habuit odio taliter ꝙ

omnino disposuit ex hoc exponere vitam. Duz vero vixit habebat hec exercitia: vz orare predicare sive disputare contra perfidos hereticos audiendo confessiones anunciando veritatem atqz quottidie dillatando fidez absqz timore quocunqz. Neque solum in vita sua fidelissime cõfitebatur z iuxta posse defendebat illam verum etiam in extremitate sue mortis. Quia post vulnus illud in capite receptum cum vocem amisisset z attramento careret in sanguine proprio digitum immersit. Et quia gloriosus martir iste etiam papiro carebat inclinando se scripsit in terra simbolum in quo fides catolica plene cõtinetur. Cor eius ardebat in fornace mee caritatis: ideo retrocedere noluit quãuis ego sibi revelassem occidendum esse. Sed ipse veluti miles intrepidus: z absque timore servili sponte voluit in campum belli procedere: vbi gloriosam obtinuit victoriam. De quampluribus etiam alijs enarrare tibi possez qui licet actuale in corpore martirium non haberent tamen in sancto desiderio iugiter habebãt: atqz portabant: put etiam inclitus tuus pater dominicus habuit. Ecce quales laboratores iste paterfamilias ĩ vineam suam transmisit eradicando vitia: virtutes vero plantando. Vere dñicus: z franciscus erant due columne in ecclesia militanti. Franciscus cuz paupertate voluntaria que sibi ppria fuit. Dominicus vero cum scientia prout est dictum.

De obedientium excellentia: z de miseria inobedientium in religiõe consistentium. Capi.clix.

POst q̃ ego tibi dixi de locis: vz de naviculis istis a spiritusancto taliter ordinatis per huiusmodi patronos licet ipse spiritus sanctus principaliter patronus existat: z ostendi tibi aliquam partem de ipsorum virtuosa perfectiõe: nũc volo tibi loqui de obediẽtia: z iobedientia eorum qui sunt in huiusmodi naviculis loquendo generaliter: z non in particulari magis de vno ordine q̃ de alio demonstrando simul inobedientis defectum vna cũ obedientis virtuoso profectu: vt aptius agnoscas vnum propter aliuz quia cõtraria iuxta se posita magis elucescũt. Et qualiter ambulare debet ille qui ingredi vult naviculaz approbate religionis. Notandum est ergo q ille qui vult ordinem aliquem sanctum ingredi debet incedere cum lumine sanctissime fidei cum quo lumine cognoscat q cum oportet occidere propriam voluntatem cum gladio: vz odij cuiuscunqz sensitiue passionis in sponsam illam assũmendo quam ei assignabit caritas vera atqz sororem suam. Sponsam intelligo obedientiam veram: atqz promptam cum sorore sua: videlicet placentia: atqz nutrice que est humilitas: quia si nõ haberet iuxta se nutricem istaz obedientia procul dubio fame deperiret. Quoniam in anima vbi non est virtus humilitatis obedientia subito moritur. Du

militas vero sola nō ambulat: imo secum debet habere omni tempore seruam vilitatis semetipsam pariter: ꝛ omnia mundana contemnendo. Nam anima que se vilipendit: non appetit honores: imo dedecus atq; contumelias. Et ita mortua debet ire letanter ad naniculā approbate religionis cum est in etate congrua. Sꝫ qꝛ dixi tibi: ꝙ diuersis etatibus: ꝛ varijs modis vocabam, homines ad religionem sanctam i quocunq; modo quisq; vocatur ad religionem ipse debet acquirere necnō in se conseruare perfectionem istam ꝛ cum sancta alacritate festinanter assumere clauem istius obedientie religionis que clauis aperit ꝑ modum loquendi portelum quod est i porta celi. Sicut magna porta solet habere portellum paruū simili modo tales aperire disposuerunt huiusmodi portellum omissa claui maiori: videlicet obedientie generalis qua celū aperitur a vulgo seculari Sed ipsi desiderant cum parua clauis portellum huius porte magne feliciter aperire transeundo per viam arduam: ꝛ artam. Tamen a ianua magna non separatur: imo stat in ipsa porta sicut materialiter attēdere potes clauem istam cum diligentia retinere debent: ꝛ in se cōseruare postquam acceperunt eam: ꝛ non, ab se abijcere. Et quia veri obedientes aperte viderunt cum lumine fidei ꝙ cum onere diuitiarum: ꝛ cum grauedine proprie voluntatis per artum huiusmodi portellum intrare nequeunt: absq; periculoso labore: nec ledere possunt eleuato capite quin offendantur: quia velint nolint oportet inclinare ceruicem: ideo proijciunt a se pondus huiusmodi diuitiarum: atq; proprie voluntatis votum obseruando vere paupertatis voluntario. Nihil omnino possidere volunt: quia cum lumine fidei vident in quantam ruinam inde venirent. Et ꝙ ipsi transgrederentur obedientiam ex eo: ꝙ non seruarent votum promissuꝫ vere paupertatis. Et ipsi deuenirent ex hoc in superbiam eleuatum caput habētes ex voluntate propria. Et ꝙ cuꝫ aliquando compellantur obedire ceruicem inclinarent violēter: ꝛ inuiti non ex humilitate q̄ violentia caput infringerit voluntatꝭ proprie complectens obedientiam illam cum prelati displicentia pariter ꝛ ordinis. Post hoc autem facillime ruerent in aliam transgressionem: vꝫ incontinentie. Quoniā ille qui non ordinauit appetitum: nec ē erutus temporali substātia multas conuersationes assūmit inueniendo multos amicos euꝫ amantes ex vtilitate propria. Postmodum ab aliis communibus conuersationibus proceditur ad secretas familiaritates. Corpus eorum in delicijs nutriunt: quia non habent humilitatem in nutricem: neq; sororem suam vilitatem: ideo necantur in sui damnabili concupiscent. a cum magna cōmoditate corporali non tanꝙ veri religiosi: immo veluti dissoluti domini seculares: ꝛ alienauerunt a se vigiliam: ꝛ orationem. Hec

z multa alia faciunt tales: quoniaz habent ad expendendum: nam si nõ haberent eis minime contingerent talia z incidunt in immunditiam cor poraliter vel mentaliter. Et si quan doqz se propter verecundiam absti nent: vel q2 carent opportunitate: nõ abstinent a mala voluntate: q2 quo dammodo videtur impossibile q2 il le qui multas habet cõuersationes z in delicijs viuere delectatur: z in/ ordinate cibaria sũmit: absqz vigi/ lia: z oratione mentem in se valeat conseruare puram. Et ideo perfect9 obediens videt a remotis cũ lumi ne sanctissime fidei malum: atqz de trimentum quod eueniret ei possi/ dendo substantiam temporalem: z eundo cum pondere proprie volun tatis. Et attente considerat: q2 cum transire omnino oportet per artum huiusmodi portellum: z q2 transiret inde cum morte: z non cum vita: q2 non aperuisset illud cum claui obe/ dientie: nam tibi dixi: q2 cum omni no oportet transire. Et sic est q2 nisi forte discedat ab ordine sancto ve/ lit: vel nolit oportebit eum trãsire p artam viam obedientie sui prelati. Et q2 perfectus obediens deo: z or/ dini suo se leuat: vltra se propriam sensualitatem subiugendo: atqz su/ per sensus proprios erigendo semet ipsum cũ fide viua introduxit odi um in domum anime sue veluti ser uum: vt expellat inimicum: vz amo rem proprium ex eo: q2 nullo modo vult: vt amantissima sponsa sua quã sibi vera caritas assignauit: z cum lumine fidei disponsauit: videlicet obedientia quomodolibet offenda/ tur. Et ideo cum sancto rigore suuz inimicum expellit inde: atqz intro/ ducit ibi sociam: z nutricem ipsius amantissime sponse sue. Odium ex/ pulit inimicum amor autem obedi entie introducit amatores predicte sponse sue: videlicet virtutes veras atqz reales vna cum ordinis obser/ uantia laudabili. Unde ista sponsa dulcis ingreditur ad animam cum sorore sua: videlicet cum patientia vna cum sua nutrice que quidem ẽ humilitas associata cũ vilitate: at/ que displicentia sui. Igitur ex quo intrauit in pacifica quiete possidet omnia: quoniam inimicos suos ex/ pulit extra. Moratur iugiter in vi/ ridario vere continentie cum sole luminis intellectus: vbi est pupilla fidei habens in obiectum veritatez incarnatam: quia solummodo veri/ tatez habet in obiectũ. Ibi est ignis affectuose caritatis q calefacit om/ nes amicos: z socios suos ex eo q2 ob seruat ordinis obseruantiam: z obe dientiam cum amore succenso. Qui sunt inimici qui stant extra princi/ palis inimicus est amor pprius qui producit in anima superbiam ini/ micus caritatis: z humilitatis: im/ patientia que patientie contraria/ tur inobedientia contrariatur obe dietie infidelitas aduersatur fidei presumptio cum vana spe suarum virium minime concordat cum ve/ ra spe quam anima debet in me po nere: z habere: iniustitia non habet cum sancta: iustitia conformitatem nec imprudentia cum salubri pru/

dentia: nec in temperantia cuꝫ tem perantia: neqꝫ transgressio mandatorum ordinis cum eorumdem obseruantia: neqꝫ ma'e cōuersationes huiusmodi sceleratorum cum conuersatione bonorum: imo sunt inimici: ⁊ faciunt derelinquere mores ordinis cū obseruātia salubri. Omnes isti sunt inimici crudeles eius: ⁊ iracundia militat aperte contra beniuolentiam crudelitas ꝯtra pietatem ira contra benignitatem odium virtutum contra dilectioneꝫ ipsarum immundicia contra puritatem negligentia contra sollicitudinem ignorantia contra scientiam: ⁊ agnitionem somnolentia contra vigiliam: ⁊ orationem continuam. Et quia cum lumine fidei cognouit ꝙ omnes isti erant inimici qui contaminare sponsaꝫ: hanc videlicet obedientiaꝫ exoptabant: ideo misit odium: vt eos expelleret: ⁊ amorem: vt amicos induceret. Odium ergo cū gladio suo propriam: atqꝫ peruersaꝫ voluntateꝫ interimit que voluntas ab amore proprio nutrita vitaꝫ impendebat inimicis istis obedientie. Sed amputato capite inimico principali per quem aliꝗ̄ conseruabantur: ⁊ iuuabantur anima libera remanet: ⁊ in pace sine bello: quia non habet contra se dimicantem: quoniam anima remouit: ⁊ abstulit a se quicquid ei tristitiam: ⁊ amaritudinem negabat. Quam itaqꝫ guerrā habet verus obediēs? Nunquid habet ab iniuria guerram? Non ex eo qꝛ patiens est patientia nanqꝫ est soror obedientie. Nunquid ab oneribus ordinis molestat̄ in corde? Nō ex eo qꝛ obedientia voluntarie facit ea seruare. Nūquid obedientia grauis sui prelati prebet ei penaꝫ molestam ⁊ inordinatam? Non: qꝛ conculcauit: ⁊ abnegauit voluntatem propriam: nec optat inuestigare voluntatem prelati sui: nec illam iudicare: sed cum lumine fidei indicat voluntatem meam in eo credens in veritate ꝙ clemētia sancti spiritus ordinauit ipsum precipere siue non precipere: prout est oportunum pro sua salute. Nunquid aliquando nauseam siue displicentiam habet ordinis exercitia vilia facere siue tollerando ꝯtumelias iniurias: vel improperia sibi facta: vel dicta siue quādo villipenditur ab aliquo? Nō ex eo qꝛ concepit amorem ad vilitatem: atqꝫ displicentiam ad semetipsum cum odio perfectissimo: imo cū sancta pacientia letatur: ⁊ exultat ī iocundo gaudio cum sua sponsa: videlicet obedientia peramabili. Ipse de nullo tristatur vnqꝫ. Nisi solūmodo de offensa quam videt irrogari mihi creatori suo. Cōuersatio sua est cum illis qui me timent: ⁊ amāt in veritate. Et si quandoqꝫ conuersatur cuꝫ his qui separati sunt a voluntate mea non facit: vt conformitatem velit habere cum defectibus eorum: imo solum: vt eos a suis defectibus extrahat. Quia cum caritate fraterna bonum quod est in se porrigere vellet omnibus attendendo: ꝙ maior honor: ⁊ gloria mihi resultaret in plurimis ordinem obseruantibus ꝙ̄ in eo solummodo. Et

ideo conatur vocare seculares atq; religiosos verbo exemplo ⁊ oratione sine quecunq; modo potuerit ad viam eterne salutis iuxta posse satagens eos extrahere de tenebris peccatorum. Itaq; conuersationes veri obedientis vtiq; bone sunt ⁊ perfecte siue sint cum bonis ⁊ iustis vel cū iniustis ⁊ peccatoribus ex ordinato affectu ⁊ eius amplitudine caritatis. de cella sibi facit celū vbi quotidie delectatur loqui mecum ⁊ etiam virtuose conuersari cū amoris affectu fugiens otium cum humili oratione continua. Quando vero cogitationes ex illusione diabolica sibi superhabundant in cella minime se ponit ad sedendum in lecto negligentie vacans in ocio nec inuestigare satagit ex rōne cogitatiōes occurrentes vel ociosa iudicia: imo sollicite fugit ocium leuādo super se cum odio super carnalem sensū cū humilitate vera ⁊ patientia tollerādo labores quos in sua mente sentit ⁊ cum vigilia ⁊ oratione cōtinua resistit vigilante sui intellectus oculo in me prudenter attendēdo cum lumine fidei ꝙ sum eius adiutor ⁊ ꝙ ego possum scio ⁊ volo in omnibus ei subuenire: ⁊ ideo brachia mee bonitatis aperio vt ipse sollicite fugiat a semetipso recurrens ad me. Si vero sibi videtur ꝙ oratio mentalis ex magno labore atq; tenebrosa mente sibi deficiat vocalē assumere debet vel aliud exercitium corporale vt oratione vocali corporaliq; exercitia fugiat ocium ⁊ cum lumine respiciat in me qui cuncta sibi caritate paterna concedo: vnde ꝑ veram humilitatem se reputabit indignum habere quietem atq; pacem in mente sicut alij serui mei ⁊ dignū habere penas quia in mente sua iā seipsum vilipendit cum odio sancto ⁊ improperio sui. Tali non videtur ꝙ se possit saciare in tollerando penas: neq; tamen ex isto deficit in spe prouidentie mee sed cum viua fide ac obedientie claui transit in presenti mari procelloso in nauicula sancte religionis. Et ita cellā inhabitat valde fructuose fugiens ociū vt dixi. Obediens vult esse primus qui chorū ingrediatur ⁊ vltimus egrediens. Et quando videt aliquem ex fratribus esse magis obedientē atq; sollicitū ꝙ̄ ipse sit: habet ex hoc vnā sanctam inuidiam ⁊ emulationem ⁊ ideo conatur virtutem illam auferre sibi non tamen exoptans ꝙ in nullo minuatur quia si hoc optaret proculdubio videretur esse priuatꝰ caritate fraterna obediens nisi necessitate cogente nunquā refectoriū deserit: imo quotidie visitat illud valde nāq; delectatur in mensa stare cum pauperculis. Et in signū ꝙ ipse taliter delectabatur vt vitaret occasiones relinquendi refectorium ipsum abstulit a se substantiā temporalem obseruando vere paupertatis votum: ⁊ cum tanta perfectione ꝙ etiam corporalem indigentiā cum quodā imperio sibi conseruat: cella sua reperitur plena odore paupertatis ⁊ minime panis. Neq; cogitando laborat pro custodia ne forte latrones ei furētur: vel ꝙ aliquē

tinet pānos eius deuorent siue cor/
rumpant. Et si quid ei donatum ex
titerit minime laborat ad reconden
dum ex eo quia libere communicat
omnia cum fratribus non excogitā
do pro die crastina: sed in die presen
ti sulūmodo sibi cibaria recipit solū
cogitando de regno celorum ⁊ quō
verā obedientiā valeat in se perfe/
cte seruare: ⁊ quia per viam humili
tatis obseruat amplius ipse se subij
cit ita puo sicut ⁊ magno ⁊ ita pau/
peri sicut ⁊ diuiti oīuz se seruum exi
stimat nullum aliquando recusan/
do laborem vt omnibus caritatiue
seruiat. Uerus obediens non optat
verus obediens
obedientiam perficere suo mō neqꝫ
tempus eligere neqꝫ locuz sed iuxta
modū ordinis atqꝫ prelati sui: ⁊ oīa
facit absqꝫ pena sine tedio mentis.
Perfectus ⁊ verus obediens per/
transit cum ista dulci claue per ar/
tum ⁊ arduum portellum ordinis
valde cōmode sine difficultate vel
violentia quoniam obseruauit ⁊ ob
seruat votum electe pauptatis vna
cum odorifera continentia ⁊ obedi
entia. Recusauit ⁊ aufugit altitudi
nem elationis atqꝫ superbie caput
humiliter inclinans obediētie ideo
non infringitur ei caput ex impatiē
tia: sed in omnibus est omnino pati
ens cum fortitudine ⁊ longa perse/
uerantia que multum amicat obe/
dientie. Insidias ⁊ infestationes de
monum verus obediens illesus eua
dit mortificando ⁊ macerando cor/
pus illud exuendo huius vite deli/
tias atqꝫ concupiscentias ⁊ induen
do labores ordinis cum fide forma
ta nesciens vel nullo modo retinēs
indignationē veluti paruulus qui
cito patris verberum obliuiscitur.
Ita facit iste libentissime tradens
obliuioni qualibet iniuriam verbe
rum vel verberū siue reprehēsionez
siue disciplinā licet etiam iniustam
quam ab ordine vel a prelato suo re
cepisset: qui vocatus iubilate men/
te pacifica redit ad eum nullo mo/
do passionatus vel commotus ira:
rancore vel odio: sed cum filiali be/
niuolentia ⁊ humili mansuetudine.
Isti sunt illi paruuli de quibus in/
carnata mea veritas dit in euange
lio. Sinite paruulos venire ad me:
talium est enim regnum celorum.
Et iterū qui se nō humiliauerit vt
paruulus iste idest q habeat eius
conditiones ⁊ innocentiam non in/
trabit in regnum celorum. Naz qui
se humiliat exaltabitur: ⁊ qui se ex/
altat humiliabitur. hoc idem asse/
ruit ipa veritas in euangelio. Item
isti paruli humiles qui amore mei
effecti sunt subditi cum obedientia
vera minime recalcitrantes ordini
siue prelato suo merito sunt exalta
ti cum veris ciuibus eterne vite a
me summo ⁊ eterno patre vbi re/
munerantur ex omnibus laborib⁹
eorum ⁊ in presenti vita gustāt arrā
ipsius vite.

Quomodo veri obedientes a deo
centuplum accipiūt ⁊ qualiter hoc
intelligitur. Capi. clx.

In istis paruulis amantissima filia perficitur verbũ illud qđ veritas mea dicit in euangelio. Cũ enim a Petro fuisset interrogat⁹. Ecce reliquimus omnia ⁊ secuti sumus te quid ergo erit nobis illico respondit inter cetera centuplum accipietis ⁊ vitam eternam possidebitis: quasi dicat. Bene fecisti petre quoniam alio modo me sequi non poteras. Ego autem in vita presenti centuplum tibi dabo. Sed filia carissima quod est illud centuplum quod postmodum eterna vita sequitur. Quid in hoc exprimere voluit ipsa mea veritas. Nunquid de substantia tẽporali. Non quippe: quãuis aliquotiens in elemosinario etiam ista temporalia multiplicari faciam de quibus ergo voluit exprimere: de illo quod exhibet voluntas eius propria que seipsam vnicã prebet ⁊ pro hac vna voluntate centũ habebit idest caritatem. Sed quare centenarius iste numerus exprimitur: ex eo quia numerus iste perfectus est nec addere potes vltra nisi reincipias a primo. Ita caritas vltra ceteras virtutes est itaq; perfectissima qr nemo potest ad virtutem perfectiorem ascendere: potes vtiq; recipere a recognitione tui ⁊ immerito crescis ⁊ augmentas ipm numerum centenarium: sed tamen ad illum numerũ solũmodo peruenis. Hic est ille centenarius numerus qui datus est illis qui dederũt vnum videlicet vnicam ipsorũ voluntatem in obediẽtia generali vel in ista particulari multo fortius cũ isto centenario hẽtis vitã eternam qr sola caritas est illa que tanq̃ dominatrix ingreditur atq; secum introducit aliarũ virtutum fructum: sed ipse foris imorant. Ingreditur igit̃ ad me vitã eternã in quo beati vitã durabilẽ hñt. Illuc fides minime ascendit. habent enim ibi beati per experientiam ea que per fidem in seculo crediderũt: neq; spes ascẽdit ex eo qr possident ea que sperauerunt. Et ita contingit in aliis virtutibus. Itaq; sola caritas intrat velut regina possidendo me possessionem eius. Vides ergo q̧ isti paruuli mei centuplum accipiunt ⁊ postea vitam eternam in presenti vita recipientes ignem diuine caritatis quam significari dixi per centenarium numerum. ⁊ quoniam a me recipiunt hunc numerũ centenariũ in admirabili gaudio cordiali quotidie morantur: quoniã in vera caritate nulla tristitia consistit imo solũmodo gaudium iocundum. Ipsa nãq; cor admirabili modo dillatat. Illud enim efficit valde liberum ⁊ sincerum non artũ siue duplex. Alia que vulneratã ista dulci sagitta non ostendit vnũ in facie vel in lingua si habeat oppositum in corde nõ seruit alicui ficte vel habet aliquam ambitionem ex eo quia vera caritas aperte procedit in omni negotio suo cum omnibus vnde certum est q̧ anima que possidet illam non incidit in penam nec in tristitiam afflictiuam: nec ab obediẽtia discordat vnquã sed est obediens vsq; ad mortem.

De misera peruersitate inobedie̅tium z de defectibus procedentib⁹ ab inobedientia. Capi.clxi.

Inobediens vero facit opposi/tum q2 stat in ordine cum tanta pena misera z infructuosa pro se z aliis q in presenti vita gustat ara̅ inferni quotidie na̅q3 co̅sistit in sua confusione tristitia z conscie̅tie sti/mulo cu̅ displicentia non solu̅ modo sui prelati sed etia̅ ordinis inobedi/ens effectus est inco̅portabilis etia3 sibimetipsi. Attende dilectissima fi/lia illum qui votu̅ fecit z assumpsit obedientie clauem quo̅ valere pot existens inobedie̅s ipse fecit semet/ipsum seruum inobedientie co̅stitu/ens illam domina̅ suam cu̅ societate ipatientie que proculdubio nutrit a superbia cu̅ propria co̅placentia que superbia sicut ia̅ dixi nascit̅ in amore ꝓprio opposita ala̅:facit his que tibi dixi de obedie̅tie suo modo. Ergo quo̅ pot iste miser ee̅ sine ama ra pena.priuatus est enim affectu sa caritate:necessarium est et̅ eu3 in clinare ceruicem viole̅ter a propria voluntate declinante̅ obedie̅tia co̅/pellente: superbia vero suadet z in ducit vt illam erecta̅ habeat: oe̅s voluntates eius ab ordinis volu̅ta te discordant:ordo precipit obedien tiam:ipse vero diligit inobedientia̅ pcipit voluntaria̅ paupertate̅: ipse vero fugit eam possidendo z optan do diuitias vult obseruari contine̅ tiam z iste miser vult imo̅ditia̅.q̅n religiosus ista tria vota transgredi/tur amantissima filia carissima ca/dit in ruinas z in tot miserabiles de fectus q etia̅ aspectus eius no̅ ap/paret viri religiosi imo potius vni/us demonis incarnati sicut alibi ti/bi plenius enarraui. Adhuc alia̅ nunc addam vt apertius itelligas illorum vitabilem fraude̅ atq3 fru ctum quem ex inobedientia li.cran tur ac etiam ad co̅mendatione̅ obe dientie: sic miser est ab amore pro/prio fraudatus quoniam oculus in te.lectus eius cum fide mortua sibi posuit i obiectu3 co̅placetia̅ proprie sensualitatis atq3 mundanas vani tates:egressus est a mundo solu̅mo/do corpore sed in eo mansit affectu. Et q2 sibi videtur obediendo labo/rare vult inobediens esse pro vitan do labore:ipse autem in maximu̅ la bore3 incidit:na̅ obedire co̅pellitur amore vel violentia. O qualiter est a suo desiderio fraudatus:nemo ta/men eum decipit nisi ipse volendo sibi complacere sibi displicet: nam opera sua sibimetipsi displicent que facit inuitus per obedientiam in/uitam:optant enim in delectabili consolatione manere atq3 sibi face/re vitam eterna̅ in vita presenti bre uissima. Ordo aute̅ vult q ipse pe/regrinus cristat z hoc iugiter osten dit:cu9 quando sedet in aliquo lo/co sibi gratioso pro co̅placentia sua qua̅ ibi reperit z est ab ordine muta tus inde in tali mutatione penam habet ex eo q2 propria voluntas vi uens optat oppositu̅:z si non obedi/ret haberet inde disciplinam ab or/dine:itaq3 iugiter in tormento mo/ratur. Aperte vides ergo q decipit iste semetipsum vole̅do penam cua

v

dere cadit in penam valde graviorē quia per cecitatem eius agnoscere nequit viam obedientie sancte: que via veritatis est in vnigenito filio meo saluberrime fundata que penā aufert cuilibet obedienti: et ideo vadit per viam mendatij reputās ibi consolationem inuenire: tamē non inuenitur ibi aliud quam amaritudinē et penam. quid eum ad hoc adducit. Amor quem ex propria passione cōcepit ad inobedientiam. Iste veluti stultus vult in hoc procelloso mari super brachia propria nauigare cōfidens in suo miserabili et infimo sensu neque nauigare vult absque labore super brachia prelati sui ordinis. Iste moratur in nauicula religiōis corpore sed non corde: immo iam ex desiderio videtur inde egressus: ordinis transgrediendo cerimonias et ordinationes atque tria vota que seruare promisit in sua professione. Ipse quippe moratur in mari valde procelloso et in magna tēpestate illesus a ventis valde contrarijs et solummodo per pannos alligatus videtur esse nauicule: habitum ordinis videtur habere in dorso sed non habet in corde. Iste minime frater siue religiosus est: sed vnus homo vestitus. Homo quidem in humana forma sed in effectu et in suo modo viuendi peior est animali sine rōne. Nō ne si haberet vsum alicuius rationis aperte cognosceret ei difficilius esse nauigare super brachia propria quam super aliena. Quomodo nō attendit quod stat iugiter in periculo mortis eterne quam primū ille pannus a nauicula solueretur morte interueniente nullū remediū vlterius inuenire posset. Ista proculdubio nō videt quia nubes amoris proprij vnde processit inobedientia priuauit eum omni lumine quare videre nequit huiusmodi periculum atque detrimentum eius. Igitur valde miserabili modo se decipit quem fructum habet atque producit arbor istius iobediētis fructū vtique mortis ex eo quia radix affectus eius est in superbia plantata que processit a cōplacētia et ab amore proprio sui vnde cuncta corrupta producuntur inde videlicet flores: folia: fructus: et vniuersa que pertinent ad ipsam arborem ex toto maculata sunt et corrupta: et principales rami valde sunt infecti videlicet ramus obedientie paupertatis et cōtinētie. Tres isti rami continentur in stipite huius arboris videlicet affectus animi qui male plantatus est vt iam dixi. Folia que pducit hec arbor verba corrupta sunt in tali forma quod in ore cuiuscunque scelerati secularis essent valde indecentia. Si vero contingit quod talis habeat annūciare populo verba salutis et euangelica pronunciat illa non affectu sincero simpliciter ad pascendas animas isto sancto semine verbi mei immo potius attendit ad aures audientium demulcendas verba polita et ornata proferendo: vt idem postea commēdetur a populo: si flores huius arboris attendas proculdubio putridi sunt videlicet varie cogitationes et vane quas auide et sponte recipit et

acceptat in quibus opinio frequen/
tissime delectatur ⁊ illo modo eas
nutrit ⁊ augmentat non vitando lo
ca pariter ⁊ vias vnde procedunt
immo sollicite perquirit vt iniqui/
tatem cum effectu perficere possit.
Que quidem sunt fructus qui vite
gratiam aufert: ei inferendo mortē
eternam: ⁊ iste fruct⁹ ab arbore vna
cum flore generatus qualem feto/
rem exhalat: vtiqȝ fetorem inobedi
entie in malum iudicans in corde
suo prelati voluntatē ⁊ illam inne
stigando perquirens vltraq̄ expe/
diat: fetorem etiam immunditie cū
complacentia multarum conuersa/
tionum cum infelici vocabulo de/
notarum. O miser homo nō aduer
tis ꝙ sub vocabulo ⁊ sub isto colore
deuotionis aliquando sequitur aci
es filiorum. hunc fructum habes
ab inobedientia tua quia non ha/
buisti filios virtutum vt ille verus
obediens. Tu vero calide procu/
ras prelatum tuum decipere siue
circūuenire quando vides ꝙ ipse
denegat ea que tua peruersa volun
tas exposcit cum feliis verborum
aliquando blandiendo vel adulan
do siue cōminando vel improperan
do procedens cum irreuerentia ma
gna visqȝ quo per phas ⁊ nephas ob
tineas ab eo que cōcedere nolebat.
Tales nullo modo sciunt vel no/
lunt fratrem suum supportare in
aliquo. ipsi quoqȝ nequeunt tollera
re vel vnum verbum minimum
alicuius reprehensionis: sed illico
manifestant venenatum impatien
tie fructum odij ⁊ iracundie contra
fratrem suum iudicando sibi pro
malo factum quod est in veritate
pro bono suo ⁊ ita quotidie scandali
zatus viuit in pena corporis ⁊ ani
me. Quare displicent ei frater suus
Quia sibimetipsi carnali modo cō
placuit. Ipse fugit a cella quemad/
modum a veneno quoniam egres/
sus est a cella notitie sui vnde pro/
cessit ad inobedientiam ⁊ ideo ne/
quit in materiali cella consistere.
Insuper ad refectorium renuit ac/
cedere nisi sicut ad locum sibi val/
de contrarium dum habet ad expē
dendum: si vero non habet ex neces
sitate vadit illuc. Ergo benefecerūt
obedientes volentes obseruare pau
pertatis votum vt nihil omnino ha
berēt ad expendendum vt ipsi nul/
latenus extraherentur a suaui men
sa refectorij vbi verus obediens in
pacifica quiete nutrit animam su/
am vna cum corpore. Ipse minime
laborat in preparando sibi cibaria
delicata sicut agit ille miser inobe/
diens cuius gustui refectorium vide
tur amarum: ⁊ ideo fugit ab eo. Ad
chorum visitandum quotidie vult
esse vltimus. primus autem ad exe
undum labijs suis appropinquat
mihi. cor autem eius elongatur a
me. Capitulum vero timore disci/
pline libentissime fugit quandocū/
qȝ commode potest. Ibi vero per/
manendo stat cum quadam verecū/
dia in mente sua confusiua quā se/
cundiā habere noluit in cōmittēdo
culpas. Non enim erubuit etiā ap/
te perpetrare culpas mortaliū pec/
catorum: ⁊ quid est horū in eā. Ino

bedientia nullũ exercitium sanctuz habet non vigiliam non orationem neq; soluz oratione mẽtali caret: verum etiam vocalem ad quã est obligatus frequẽtissime dereliquit: nec habet iste miser inobediens caritatem fraternam ex eo q: nõ amat aliquem nisi semetipsum nõ amore rationali sed amore bestiali: tot indubie mala sunt que occurrunt inobedientibus atq; tot sunt infelices eorum fructus q lingua tua eos explicare non posset. O misera z infelix inobedientia que spolias aĩaz oĩ virtute illam omni vitio vestiens. O misera z infelix inobediẽtia que priuas animam obedientie lumine auferens ei pacẽ inferendo ei guerram auferens ei vitam inferendo mortem. extrahis eã a nauicula sanctarum obseruantiarum ordinis z iñ mari procelloso suffocari facis eã nam ipsam inducis ad nauigandũ super brachia sua z non ordinis tu induis illam omni miseria z cogis eam inedia cruciari quoniam aufers ab ea cibum atq; meritum obedientie: tu prebes ei continuã amaritudinẽ z eam priuas omni dulci consolatione z omni bono z inducis eam in omne malum: z in vita p̃senti facis eam arram experiri cruciatorum tormentorum: z si huiusmodi miser homo se non correxerit antẽq; isti pãni soluantur a nauicula morte mediante infelix hec inobedientia conducet animam ad ignem eternum vna cum demonibus qui ꝓpter inobedientiam a celo fuerũt expulsi q: mihi rebelles extiterunt z in profunduz iuerunt: z ita tu miser inobediens q: fuisti rebellis obedientie z huiusmodi clauem obedientie cum qua debebas aperire tibi celi ianuam a te proiecisti cum inobedientie claui tibi tartarum aperuisti.

De illorum perfectiõe qui viuũt in religione tepide quãuis a mortali peccato se custodiant ac de remedio per eos habendo. Capi.clxij.

Dilectissima filia quot sunt hodie qui pascuntur in ista nauicula cum defectibus multis proculdubio quãplurimi sunt intantũ q valde pauci reperiuntur veraciter obedientes: verũ est q inter perfectos z huiusmodi miserabiles plurimi sunt in ordine viuentes cõiter qui neq; perfecti sunt vt expedit z eẽ deberent neq; mali q: conseruãt aĩam a peccato mortali. Morantur igitur in quadam animi tepiditate siue negligentia cordis z nisi vitam suam exerceant virtuose cum ordĩs obseruantia in magno periculo consistunt: z ideo necesse est eis habere magnã sollicitudinẽ: nec ita dormitare debent in tali tempore sed a negligentia sua consurgere: quia si remanerent in ea proni z apti sunt ad casum atq; ruinam: z si contingat eos non cadere pertrãsibũt cũ quadã humana cõplacentia cum ordinis colore colorata studẽtes ampli-

us exteriores cerimonias obseruare ꝙ ipsum ordinem: ⁊ aliquãdo sunt apti ex defectu luminis vt iudicent illos valde temere qui seruant ordinez valde perfectius ꝙ ipsi lȝ in minori perfectione cerimoñias exteriores obseruent quarũ ipsi gloriantur esse multũ obseruantes. Itaqȝ qualitercunqȝ considerent est eis valde norium in obedientia cõmuni per/manere vȝ cum tanta tepiditate ⁊ negligentia pertransire cũ obedientia:nam valde laborant ⁊ cuȝ pena multa qꝛ frigido cordi laboriosum est etiam aliqua leuia portare. Ipsi multũ habent laborem cum modi/co fructu ⁊ offendunt illam perfe/ctionem ad quaȝ ingressi sunt ⁊ obligati sunt obseruare quãuis mala minora faciant ꝙ aliꝗ de quibus ti/bi supra narraui: tamẽ ipsi male fa/ciunt ex eo ꝙ minime discesserunt a seculo vt cum claui generalis obedientie mandatorum celi ianuã aperirent imo cum claui singularis obe/dientie consiliorum atqȝ manda/datorum ordinis que clauicula singularis debet esse ligata cum funi/culo vilitatis videlicet semet ipsum vilipendendo qui humilitatis cin/gulo sit appensus ⁊ astringi manu amoris igniti sicut iam audisti. Noueris amãtissima filia, ꝙ isti bene sunt apti magnam attingere perfectionem inquantum voluerint exercere se virtuose quia propinquiores existunt ꝙ aliꝗ miseri: sed aliquo modo cum difficultate maiori remouẽtur ab imperfectione sua tales tepidi iuxta gradũ suuȝ ꝙ iniqui remoueantur ab eorum iniquitate: ⁊ est ibi ratio quoniam iniqui consciẽtia demonstrante manifeste cognoscũt ⁊ intelligunt ꝙ male faciunt. vnde siquis eos interrogaret vtruȝ male faciant: responderent: ita. Sed vicii fragilitate siue concupiscentia qua molestantur videtur ꝙ abstinere nequeant vel a tali culpa resipisce/re quãuis hoc nõ est verum qꝛ cum auxilio meo possunt egredi si voluñt nihilominus aperte cognoscunt ꝙ male faciunt cum qua notitia faci/lime possunt egredi si placet eis: sed isti tepidi qui neqȝ notabile maluȝ agunt nec etiam notabile bonũ nõ agnoscunt inhertiam siue teporem sui status nec in quanto discrimine morantur non agnescentes emẽda/re se minime curãt ñec etiã quoquõ curant vt illud eis ostendatur ⁊ si monstratur eis ex tepore cordis in assueta longa consuetudine quoti/die perseuerant alligati. Quis er/go modus erit vt ab hac sua inher/tia cõsurgant. Modus est iste ꝙ accipiant ligna notitie sui cum odio sancto proprie reputationis atqȝ cõplacentie ac ipsa ligna feruenter in igne mee caritatis immittant de/nuo desponsando ac si in ordine tũc intrarent obedientie vere sponsam anulo sanctissime fidei nec vltra dormiant in tali statu: quia mihi valde displicet ⁊ est eis valde dam/nosum. Istis nãqȝ tepidis valde cõgrue competit illud verbum quod in apocalipsi scribitur: vtinam calidus vel frigidus esses: sed quia tepidus es ideo vomere te incipiam ex

ete meo: videlicet eo modo quo di/
xi: quia nisi resurgat a tali tepore
casurus est: et cadendo iuste reproba
retur a me: potius enim vellem eos
esse frigidos in seculo remanendo
cum obedientia generali mandato
rum que respectu ignis verorum obe
dientium videtur esse quasi glaties
Ideo dicitur vtinam frigidus eēs:
hoc verbum volui tibi declarare ne
caderes in errorem existimando: quod
ego potius vellem aliquem in frigi
ditate peccati mortalis esse quam i
tepiditate imperfectionis. Non enī
velle possum aliquam peccati cul/
pam ex eo: quia in me non est vene/
num istud: imo tantam habui displi
centiam in homine de peccato quod om
nino decreuit: quod absque punitione nul
lo modo transiret. Et quia non erat
idoneus homo per se tollerare pe/
nam que pro culpa debebatur: vni
genitum meū caritate paterna trās
missi qui fabricauit eam in corpore
suo per obedientiam impositam ab
inestimabili bonitate mea. Surgāt
ergo cum exercicio sancto cum vigi
lia humili deuota: et continua ora/
tione: et attendant ad ordinis obser
uantiam: et iugiter in patronis hu/
ius nauicule speculētur qui fuerūt
homines: vt ipsi eodem modo: nati
et lacte nutriti. Et in presenti sum il
le deus qui tunc eram: potentia quo
que mea non est infirmata: neque
mea voluntas in aliquo bono defe/
cit: quia salutem vestram exopto.
Neque sapientia mea in exhibendo
lumen vobis: vt meam veritatem
agnoscatis. Ergo si volunt optime
possunt ambulare cum perfecte obe/
dientibus modo se priuare velint ob
scura nube proprii amoris: et cum
virtuoso lumine oculum intellect⁹
aperiant ad ista consideranda. Igi
tur isto modo peruenient aliter
non.

De excellentia virtutis obedien
tie: et de bonis que tribuit illis qui
realiter eam assumunt.

Capi.clxiii.

[E]mediumergo salubre et ve
rum est illud quod observat
verus obediens in quo iugi
ter omni die renouatur cum lumi/
ne fidei augmentando virtutē obe
dientie cum humilitate profunda
peroptando contumelias: atque verē
siones: et quod a suo prelato magnis one/
ribus quottidie grauetur: vt virt⁹
obedientie vna cum patientia soro/
re sua non rubiginetur: vt cum ex/
pedit eas exercere nullo modo deffi
ciant siue cum difficultate possit eas
habere. Et ideo quottidie sancti de/
siderii pulsat instrumentum: neque
frustra tempus elabi permittit de
quo iugiter in corde sua nescit velu/
ti sponsa sollicita quod nullatenus vult
ociosa manere. O delectabilis obe
dientia: o suauis obedientia placi/
da: o verē dulcis et illuminatiua obe
dientia: quoniam amoris proprii te
nebras expulisti. Tu virtus obedie
tie vinificas animam exhibendo si/
bi vitam gratie, qua te in sponsam
elegit: et se ipsam voluntate propria
priuauit que mortem infert anime

atq; quottidie guerram. Tu libera
lis es z valde larga: quia te subijcis
omni rationali creature. Tu beni/
gna es: z valde pia ex eo: quia man/
suete portas onera grauia: quia so/
ciata es cum vera patientia: z in ex
pugnabili fortitudine tu corona/
ris honorabili corona perseueran/
tie. tu minime deficis ex importuni
tate prelati: neq; propter onera gra
uia que tibi sine discretione pone/
rentur etiam iniuste tu cuz fidei lu
mine tolleras vniuersa. Tu es adeo
cum humilitate connexa: q nulla
creatura diabolica: vel humana po
test eam trahere de manu sancti de
siderij te possidentis anime. O dul/
cissima filia quid vltra dicemus de
hac excellentissima virtute: dicem9
eam esse vnum bonum sine malo
quocunq;. Stat in manu taliter ab
sconsa q ventus aliquis ei nocere
non potest. Facit animam super or/
dinis brachia nauigare: atque pre/
lati sui: z nō super brachia sua: quia
verus obediens non obligatur mi/
hi reddere rationem de se: immo so/
lummodo prelatus cui subditus ex
titit. Ergo dilectissima filia de tali
virtute gloriosa deberes esse valde
philocapta: z in ea quottidie dele/
ctari. Uis de beneficijs a me rece/
ptis esse grata: sis obediens: nā obe
dientia demonstrat aperte gratitu
dinem tuam: quia procedit a cari/
tate: ipsa demonstrat: q non es igno
rans ex eo q procedit a noticia mee
veritatis: in verbo filio meo. Nam
ipse docuit viam obedientie veluti
regulam vestram ex eo q fuit obe/
diens vsq; ad mortem obprobriosis
sime crucis. In cuius obedientia q
celum aperuit est obedientia vo/
bis ex libito fundata: videlicet illa
generalis: z ista particularis sicut i
principio tractatus istius obedien/
tie tibi narraui. Hec obediētia pre
bet in anima lumen ostendens ip/
sam esse mihi fidelem ac etiam ordi
ni: z prelato suo. In quo lumine sci/
licet sanctissime fidei sui fuit oblita
non querendo se propter se: quoniaz
in obedientia quaz acquisiuit in lu
mine fidei demonstrauit: q in volū
tate sua sit omnino mortua ad om/
nem sensum propriuz qui sensus car
nalis: atq; sensitiuus alia querit: z
non sua. Sicut inobediens qui vult
inuestigare voluntatem eius qui si
bi precipit: z illam iudicare secun/
dum intuitum: z iudicium suum te
nebrosum: z infimum: sed non vo/
luntatem suam peruersam a qua
mortem acquirit. Sed verus obedi
ens cum lumine fidei iudicat in bo
num sui prelati voluntatem: ideo
non exquirit voluntatem suam: im
mo ceruicem humiliter inclinat: z
cum odore vere z sancte obedientie
nutrit animam suam: z ista pretio/
sa virtus in anima tantuz excrescit
quantum in lumine sanctissime fi/
dei dilatat ex eo: quia caritas que
peperit obedientiaz a lumine fidei
procedit. Et cum illo lumine fidei
cū quo talis anima cognoscit semet
ipsaz: atq; mecū eo me diligit: z hūi
liatur: z q̄to magis amat se hūiliat

amplius est obediens. Et obedien/tia cum patientia sorore sua demonstrat aperte vtrum anima vestita sit vestimento nuptiali caritatis in veritate cum quo vestimento vitam eternam ingreditur. O obedientia nanque celum aperit: et extra postea remanet: et ipsa caritas que clauem istam exhibuit introgredi/tur afferendo secum obedientie fructum: alie quippe virtutes: vt iam dixi remanent extra et sola caritas ingreditur. Sed appropriatur obedientie quod est illa clauis qua celum aperitur et eo quod cum inobedientia primi parentis. Ade clausum extitit et cum obedientia fidelis immaculati et humilis agni filii mei fuit aperta ianua vite durabilis que tanto tempore clausa fuerat.

Diffinitio duarum obedientiarum vna religiosorum alia que premitti tur extra religionem alicui persone. Capi.clxiiij.

Scientia audisti carissima filia vnigenitus filius meus obedientiam vobis dereliquit veluti clauem cum qua possetis apire celum: et sic ad finem vestrum optabile attingere. Ipse vobis eam ex precepto dimisit in obedientia generali. Si vero poptatis ad magnam ascendere pfectionem ipse consuluit p portellum ordinis ar/tum ingredi: vt supradictum est. Sunt etiam aliqui non intrantes ordinem et nihilominus in nauicula perfectionis existunt. Illi quippe sunt qui consilia bene seruant extra ordinem ap/probatum. Sponte refutantes diuitias: atque mundi pompas actualiter: atque mentaliter cum odorifera continentia virginali: vel aliter licet virginitate priuati sint: ipsi perfecte seruant obedientiam alicui creature se subiiciendo cui perfecte conantur vsque ad mortem obedire. Et si me interrogas quis est meriti maioris: an ille qui stat in religione: vel illi de quibus in presenti dico: respondeo quod meritum obedientie non mensuratur in actu: nec in loco: nec in eo qui magis est bonus: vel prauus: nec in seculari magis quam in religioso: immo secundum mensuram amoris quam habet obediens: et secundum istam mensuram remetitur ei premium. Imperfectio vero prelati nullum omnino detrimentum infert illi qui verus est obediens: immo frequentissime proficit ei: quod pp persecutionem iniuste habitam: et pp indiscretas reprehensiones et onera grauia que quandoque tollerat ab indiscreto plato acquirit: et augumenta t in se virtutem obedientie et patientie sororis eius: neque locus ei nocet imperfectus. dico imperfectum quod religio status est firmior: atque tutior quam aliquis status. Et ideo iperfectum tibi pono lecum istorum qui p partnam clauem obedientie preter et extra ordinem obseruant consilia. Sed non iperfectum dico sine minoris meriti eorum obedientiam: quoniam omnis obedientia sicut iam dixi: et alia quecunque virtus mensuratur cum amoris mensura. Tamen est verum quod in compluribus rebus valet amplius homi in religione consistere tamen pp votum quod in manu sui plati facit tus

qz plura tollerare cōpellitur: z effi/
catius obedientia ꝓbatur in ordi/
ne ꝙ̄ extra tū quoniam ex quolibet
actu corporeo est obligatus huic in
tm: neqꝫ soluere se pōt: quando vult
absqꝫ culpa peccati mortalis ex eo
ꝙ ordo ē approbatꝰ ab ecclesia sanc/
cta: z propter votum emissuz. Jn ali
is vero non est ita: qz voluntarie se
ligauerunt ex amore quem ad obe/
dientiam habent: sed non cuz voto
solēni. Unde sine culpa peccati mor
talis eis liceret ab obedientia crea/
ture talis discedere si legitimam ha
berent occasionem: z non ex proprio
defectu suo procederet. Si vero di/
scederent ex proprio defectu suo nō
esset: hoc absqꝫ graui culpa non ta/
men discessus ille proprie peccatum
mortale importaret. Nosti quantuz
interest inter vnum: z alium: quan/
tum ab illo qui tollit alienum ad il/
lum qui primo dedit aliquid: z po/
stea repetit quod ex amore donaue
rat cum intentione non repetendi
licet ex illo non fuerit aliquod in/
strumentum publice confectum: nā
alius donauit: z confectum est pu/
blicum instrumentum: vnde renun
ciauit in manu prelati sibimetipsi ꝓ
mittens obedientiam continentiaz
z paupertatem voluntariam. Pre
latus vero promittit ei vitam eter/
nam inquantum obseruet ea que ꝓ
mittit. Jtaqꝫ proculdubio in obser/
uantia locorum modo perfectior est il
la: ista vero minus perfecta. Jlla tu
tior est: qz si quis ibi ruat aptior est
ad surgenduz: quia cum maiori sub
sidio se reperit: hec autem est magis
dubia: z valde minus tuta: quia si
ceciderit est ī maiori periculo ne re/
trocedat: quia sentit se non esse liga/
tū: imo solutū qz ñ fecit ī ꝓfessiōe vo
tuz prout accidit in religioso qui an
te professionem ab ordine discedere
potest postea vero non: meritum au
tem vtriqꝫ mensuratur: vt iam dixi
secundum mensuram amoris quaz
habet verus obediens: vt vnusquis/
que in quo statu fuerit valeat hēre
perfecte merituz: quia solummodo
posituz est in amoris mensura. Ego
differenter homines voco aliquem
in vno statu: z alium etiam in alio
prout apti sunt in se recipere: sz vnus
quisqꝫ premiatur ſm amoris mensu
raz: quia si secularis amat amplius
ꝙ̄ religiosus a me plus accipit z ecō
uerso z ita de ceteris.

Quomodo deus non secundum
laborem obedientie premiat: neqꝫ se
cundum longitudinem temporis: i
mo secundum magnitudinem cari/
tatis: atqꝫ de promptitudine veroꝝ
obedientium. Capi. clxv.

O Mnes vos ꝯduxi: vt labora
retis ī vinea obediētie diuer
sis modis: z oībus ipendeꝰ ꝓtiū ſm
amoris mēsurā: z nō ſm opera: neqꝫ
mensurā tpis: vz vt amplius hēat il
le qui tēpestiue venit ꝙ̄ ille qui tar/
de sicut in euāgelio ꝯtineꝰ vbi mea
veritas dicit similitudinē eoꝝ qui
conducti fuerunt ad vineam exco l
lendam: z ꝙ tantuz habuit ille qui
venit ad opus ora. xi. quantum ille
qui venit hora ꝓma sine tertia: ve.

fr. Voluit igitur ostendere veritas mea: q; estis in celo remunerati non iuxta tempus vel opus: s; iuxta mēsuram amoris: vñ multi vocati sunt ad opus huius vinee ī pueritia quidam in iuuentute quidam in senectute: ꝛ aliquando senex cum tanto amoris igne ad hanc vineam ibit: ꝛ considerabit habere temporis breuitatem q; attinget ad illos qui vocati sunt in pueritia: q2 negligenter ambulauerūt. Igitur in amore obedientie recipit anima premium suū ꝛ ibi vas suū3 impletur in me mari pacifico multi vero sunt qui habēt obedientiam istam: ita promptam: ꝛ tantum in anima sua tenent inser tam ꝛ incarnatam: q; non solummodo ipsi non volēt inuestigare rationem quare sic a prelato suo precipitur. imo vix expectāt q; verbū egrediatur ab ore suo: q2 cum lumine fidei vident ꝛ intelligunt intentionē prelati quam illico iuxta posse perficiunt. Unde verus obediens amplius attendit: ꝛ obedire conatur intentioni prelati sui q̄3 verbo semper indicando voluntatem prelati fore secundum meam voluntatem ꝛ q; per meam dispensationem: ꝛ voluntatē3: ita precipiat ei: ꝛ ideo dixi tibi q; potius obediebat ītētioni q̄3 verbo. Ex hoc enim est obediēs verbo: q2 prius obediuit cū affectu sue voluntati: ꝛ intentioni videndo cū lumine fidei: ꝛ indicando voluntatem eius in me hoc aperte demonstrauit ille de quo legitur in vitis patrum: q; prius obediebat cum affectu: qui cum ab abbate suo fuisset vocatus: ꝛ incepisset vnum o scribere quod est ita parua res illico prōptus ad obedientiam imperfectum dereliquit: nec tantam dillationem sibi dedit: vt ad perfectum adduceret. Ut igitur in signum apertum videretur quantum: hoc mihi gratū extiterat ipsa clementia mea medietatem aliam auro perfecit. Ista gloriosa virtus intantum est mihi grata q; nulla virtus est in qua tot miraculorum signa siue testimonia data sint a me sicut in ea. Quonia3 ipsa procedit a lumine fidei: ꝛ vt aperte cognoscant homines quantam in ea complacentiam habeam: Terra obediens est isti virtuti ac etia3 animalia sunt illi subdita a qua substē tat obedientem. Terra dixi est obediens obediēti: sed sicut in vitis patrum aliquando legisti de abbate qui obedienti discipulo tribuit vnū arridum lignū iniungendo sibi per obedientiam q; illud in terra plantaret: ꝛ iugiter adaquaret: vsq3 quo fructum ex se produceret: ipse aute3 obediens cum lumine fidei non hesitauit: nec ait quomodo possibile foret: imo perfecit obedientiam vlterius inuestigare declinans intantum q; per virtutem obedientie pariter ꝛ fidei lignum aridum viride factū est: ꝛ ita fructum ex se produxit in signum q; illius anima demonstrabatur: ꝛ erat priuata siccitate cuiuslibet in obedientie: atq3 viridis effecta fructu3 obedientie germinabat vnde fructus illi9 ligni vocabatur a sanctis patribus obedientie fructus. Si attendas etiam animalia

modo simili obedienti subijciuntur Unde discipulus ille τ ex obedientia missus ex puritate τ obedientia sua cepit: atq͡ʒ ligauit vnā dracenā τ adduxit illamad eius abbatem. Sed abbas tanq̄ verus medic⁹ ne forte discipulus īpelleret ab aliquo vento vaneglorie: τ vt eum in virtute humilitatis: atq͡ʒ patientie pbaret expulit eum a se dicens cum improperio: q2 tu es vna bestia duxisti ligatam aliam bestiam. Etiam si consideres ignem hoc idez agit. Unde tu legis in sacra pagina: q̄ multi nolentes obedientiam meam transgredi mittebantur in ignem: τ ipsi patientissime sponte tollerabant: τ ignis: vel in minimo non nocebat eis: prout accidit tribus pueris qui in camino ignis stabāt illesi ab igne quod de q̄pluribus narrare possez. Aqua substentauit mauruz a benedicto abbate missum: vt adiuuaret discipulum alium qui suffocabatur in lacu. Ipse vero de se minime cogitauit: sed cum lumine fidei solummodo cogitauit obediētiam sui prelati perficere quare super aquaz ambulabat: vt per aridam: τ ita condiscipulum extraxit a lacu: τ a morte liberauit. Et ī effectu si aperias oculum intellectus in omnibus inuenies excellentiam huius virtutis esse cōmendatam omnia debent ōmitti propter obedientiam. Unde si tu esses in tanta contemplatiōe ac vnione mentis eleuata: q̄ etiam corpus a terra suspenderetur in altum propter obedientie preceptū iuxta posse debes obedientiaz executioni mā daꝛ loquēdo generaliter: τ nō ī particulari: q2 singulare priuilegium non ordinat legem vniuersalem. Diligenter etiam attende q̄ ab oratione congruo tempore surgere nō debes: nisi compellēte necessitate: caritate: vel obediētia: τ dico tibi sic vt intelligas: τ agnoscas quantuz ego volo q̄ prompta sit in seruis meis: τ quantum ipsam habeo grataz. Omnia que facit obediens ad meritum eius accedunt. Si cōmedit ex obedientia cōmedit: si dormit cum obedientia dormit: si cum obedientia vadit si stat cum obedientia consistit: si ieiunat cum obedientia si vigilat cum obedientia si proximo seruit obedientiaz facit: si est in choro: vel in refectorio: vel in cella quis eū illuc adducit siue stare facit: Obedientia cum lumine sanctissime fidei cum quo lumine semetipsum iactauit veluti mortuum ad omnem propriam voluntatem humiliter in brachijs ordinis: atq͡ʒ p̄lati sui. Cuz hac obedientia requiescens in tutissima naui dum se sponte perduci p̄misit a prelato suo nauigauit in mari procelloso vite presentis cum felici prosperitate cum mente serena τ tranquillitate cordis ex eo q̄ eum obedientia priuauit eum: cum viua fide quibuscunq͡ʒ tenebris: ipse proculdubio fortis: atque securus est: quia si priuauit: τ abstulit a se quancunq͡ʒ dubietatem: τ inutilem timorem renunciando: videlicet voluntati proprie: vnde procedit ipsa dubietas atq͡ʒ timor inordinatus. Sꝫ hec obedientia sponsa venerāda

qd cōmedit sine bibit: Quottidie cōmedit agnitionem sui sine mei. Aperte nanq3 cognoscit z intelligit se per se non esse: z suum defectum: z me qui sum ilic qui sum ac gustat z cōmedit meam veritatem: quam intelligit in verbo meo pro vobis incarnato. Bibit vero sanguinem in quo sanguine verbū ostendit ei meam veritatem: z amorem ineffabilem quem ad eum habeo. In ipso sanguine demonstrat obedientiam suam perfectam a me patre suo impositam ei pro vobis: z ideo se totaliter inebriat. Postquam autem ebria sanguine simul: z obedientia verbi se perdit ex toto cum omni cō placentia sui possidēdo me per gratiam gustando me per affectu z amoris cum lumine fidei: z obedientia sancta. Omnis vita sua pacē ei dat z in morte postea recipit illud quod in sua professione fuit ei promissum a suo prelato: videlicet vitam eternam que visio pacis est: z eterna trāquillitas: atq3 felicissima quies bonum inestimabile: quia nullus illud estimare potest: neque comprehendere quantum est: quoniam est infinitum. Are nanq3 minori nullo modo comprehendi potest hoc infinitum z inestimabile bonum: nisi tanquam vas quod immersum est in mari quod non comprehendit in se vniuersum mare: sed solum illam quantitatem quam in se continet. Solummodo mare semetipsum cōprehendit. Et sic mare pacificū sum ille solus qui me comprehēdo: z estimo: z ita de mea comprehensione: z estimatiōe solum in memetipso gaudens exulto. Quod vtiq3 gaudium atq3 bonum quod habeo in me participo in vobis: z vnicuiq3 sc~~d~~m dum suam capacitatem: z mensurā. Omnes impleo perfecta beatitudine: nec aliquam mensuram: ibi teneo vacuam: sed omnes agnoscunt: z intelligunt de bonitate mea quantum ego tribuo comprehendendū iuxta merita sua. Ergo verus obediens cum lumine fidei vere combustus in fornace caritatis humilitate perunctus precioso sanguine sicut iam viri totaliter inebriatus cū sorore patientia: atque vilitate semetipsum vilipendendo cum fortitudine: atque longa perseuerantia: z cum alijs virtutibus: hoc est fructibus aliarum virtutum habuit: z in se recepit optabilem: atque felicissimum finē eius a me creatore suo.

Hec est vna repetitio in summa quasi totius libri presentis.
Capi. clxvi.

O dilectissima z carissima filia satisfeci desiderio tuo a principio sermonis mei: vsq3 ad vltimum finem quem feci loquens de obedientia: nam si bene recordaris petisti a me cum anxietate desiderij sicut ego te. eci petere: vt ignem in te crescere facerem caritatis: tu in quaz petiuisti quattuor petitiones quarum vna fuit pro te ipsa cui satisfeci illuminando te lumine veritatis mee ostēdēdo tibi: q~~r~~ mediāte fidei lumine cum cognitione tui: z

mel per modum quem ego tibi de/
claraui tu veniebas ad noticiam
veritatis. Secunda petitio tua fuit
q ego facerem mundo misericordi/
am. Tertia vero petitio fuit pro cor
pore mistico ecclesie sancte mee ro/
gando me q auferrem tenebras ab
ea ꝛ persecutiones quas in presenti
patitur. Et petebas q ego punirem
iniquitates malorum super te: hinc
ego declaraui tibi q nulla pena fi/
nita siue data tempore finito ex se/
metipsa sola satisfacere potest pro cul
pa commissa contra me qui sum in/
finitum bonum: sed bene satisfacit i
quantum fuerit vnita cum contri/
tione cordis ꝛ anime desiderio: mo/
dum vero qualiter satisfacio decla/
raui tibi ad hoc etiam respondi tibi
q ego volo facere mundo misericor
diam ostendendo tibi q mihi mise/
reri proprium est. Unde propter mi/
sericordiam: ꝛ inestimabilem amo/
rem quem gerebam ad hominem
misi vnigenitum filium ꝛ verbum
meum quod vt apertius tibi demō
strarem assimilaui vni ponti qui at
tingit a celo vsq ad terram: ꝛ hoc ex
vnione q facta fuit in ipso: inter hu/
manam ꝛ diuinam naturam. Item
vt amplius te lumine mee verita/
tis illustrarem ostendi tibi qualiter
ad istum pontem ascendebatur per
tres gradus idest cum tribus ani/
me potentiis. Itē de isto verbo pon
te tibi monstrando feci figuram ali
am in corpore suo figurando tres il
los gradus: vt optime nosti. Pri/
mum scilicet in pedibus secundum
in latere: vel in costa perforata ter/
tium in ore in quibus posui tres ani/
me status: videlicet statum imper/
fectum perfectum: ꝛ perfectissimum
in quo realiter attingit: ꝛ peruenit
ad excellentiam intimi amoris ostē
dendo tibi patēter in quolibet quid
est illud quod aufert imperfectio/
nem: ꝛ per quam viam itur ad eam.
Et de occultis deceptionibus demo
num dixi: ꝛ de proprio amore spiri/
tuali: etiam tibi loquendo de repre/
hensionibus in tribus istis statibus
quas mea clemētia facit. Et primā
reprehensionem posui quam facit
hominibus in vita priusquam a cor
pore discedant secundam in morte
quantum ad illos qui moriuntur i
peccato mortali de quibus ego po/
sui tibi q ibant sub ponte per viam
diaboli narrando tibi miserias eo/
rum. Tertiam vero reprehensionem
quam faciet in generali iuditio ali/
qua tibi narrando de penis damna
torum: atq de gloria beatorum cum
vnusquisq dotem sui corporis acce/
perit. Item promisi tibi: ꝛ promit/
to: q cum multa sufferentia seruo/
rum meorum reformabo sponsam:
ꝛ ecclesiam meam inuitando vos ad
huiusmodi tollerantiam conquerē
do tecum de iniquitatibus ministro
rum impiorum: ꝛ ostendēdo tibi pa
riter in quanta ipsos excellētia po/
sui: atque reuerentia quam ego re/
quiro ꝛ volo q seculares eis exhibe
ant. Et ostendendo tibi quomodo per
defectus ipsorum: vel excessus reue
rētia circa illos nullo modo minui
debet ꝛ quantum habeo molestū: ꝛ
est mihi contrarium: qm fit oppositū

Fuit quoqꝫ locutus de virtute illorum qui sicut angeli viuunt tangēdo simul cum hoc aliqua de venerādi sacramenti altaris excellentia. Item quia loquendo de dictis tribꝰ stat bus anime voluisti scire de statibus lachrymarū ꝛ vnde procedūt ordinate narraui tibi concordādo status anime cum statibus lachrymarum. Dixi nāqꝫ tibi ꝙ vniuerse lachryme de fonte cordis egrediuntur scriose tibi causaꝫ huius assignādo atqꝫ de quatuor statibus lachrymarum. Insuper ꝛ de quinto statu qui generat morteꝫ aperte tibi narraui. Et quarte petitioni tue respondi qua me rogasti ꝙ prouiderē in quodam casu particulari quod contigerat: ꝛ ego prouidi sicut optime nosti. Super his omnibus declaraui ꝛ differui tibi de prouidētia mea tam in genere ꝙ̄ in specie incipiendo a principio creationis vsqꝫ ad finem mundi: ꝛ qualiter omnia feci ꝛ facio cum prouidentia summa ꝛ diuina dando siue permittēdo vobis oīa. s. consolationes atqꝫ tribulationes spūales vel tēporales propter bonum vestrum vt in me sanctificati sitis ꝛ veritas mea perficiatur in vobis. Ueritas nāqꝫ mea fuitꝰ ꝛ est ista quia creaui vos vt haberetis vitam eternam quam vtiqꝫ veritateꝫ vobis cū sanguine verbi vnigeniti filiꝫ mei patefeci. Item vltimo satisfeci desiderio tuo atqꝫ promissioni quam ego feci tibi narrando videlicet de perfectione obedientie atqꝫ de imperfectione obedientie ꝛ vnde procedit ꝛ quid est illud quod vobis aufert obedientiam. Nam eam exposui pro quadam claui generali ꝛ sic est ꝛ tibi narraui de particulari. Et de perfectis atqꝫ imperfectis tam in religione ꝙ̄ extra religioneꝫ de quolibet aperte loquendo distincte ꝛ de pace quam exhibet obediētia ꝛ de guerra quam irrogat inobedientia ꝛ quantū inobediēs decipit seipsum addendo atqꝫ declarādo ꝙ per inobedientiam Ade mors venit in mundum. Nunc ego pater eternus summa ꝛ eterna veritas cōcludo patenter vos ex obediētia incarnati verbi videlicet vnigeniti filiꝫ mei vitam eternam obtinere. ꝛ ꝙ sicut oēs a primo veteri homine videlicet Adam contraxistis interitum atqꝫ mortem sic omnes qui volunt obedientie clauem ferre cōtraxerunt vitam ab homine nouo videlicet iesu christo dulcissimo filio meo de quo vobis feci pontē postq̄ via celi facta fuit vt transire possitis illesi per istam dulcem atqꝫ rectam viam: que est vna lucida ꝛ rectissima veritas cum claui salubris obedientie ꝛ ita transitis illesi per tenebras vite presentis: ꝛ vltimo cū claui verbi mei celum inuenitis vobis apertum. Modo te cum ceteris amicis ꝛ seruis meis inuito ad fletum quia cum fletu ꝛ oratione continua ꝛ humili mundo volo facere misericordiam. Curras ergo mortua per hanc viam veritatis ꝛ postea minime reprehenderis de motu lento quia plus a te requiram nūc ꝙ̄ antea postquam tibi manifestaui meipsum in veritate mea. Et

omnino caue ne vnquã egrediaris a cella notitie siue cognitionis tue sed in ipsa conserues z expẽdas thesaurum a me tibi traditum: qui thesaurus est vna doctrina veritatis fundata super firma petra viua videlicet vnigenito filio meo christo dulci iesu: que doctrina vestita ẽ fulgentissima luce per quam tenebre destruuntur. Ipsa igitur induaris in veritate filia mea dulcis z amantissima.

Quomodo hec anima deuotissima deo valde regratiatur z oratio nem effundit affectuosam pro sancta ecclesia z vniuerso mundo z virtutẽ fidei cõmendãs imponit finẽ huic operi. Capi.clxvij.

Tunc hec anima deuotissima postq̃ viderat cum intellect⁹ oculo z mediante lumine sanctissime fidei cognouerat veritatẽ z excellẽtiam virtutis obedientie ac ipsam recto sensu percepisset z ipsã affectu degustasset cũ ineffabili desiderio speculando semetipsam in diuina maiestate gratias referebat z ait. Gratias tibi pater eterne quia non despexisti me tuam facturam: nec auertisti faciem tuam a me neq̃ contempsisti desideria mea. Tu nãq̃ lux nõ attendisti tenebras meas: tu vita non attendisti mortem meam: neq̃ tu medice vilipendisti grauem infirmitatem meam. Tu puritas eterna non despexisti me luto plenam atq̃ miserijs infinitis. tu infinite me ĩfinitã. Tu sapientia summa: me stultam: propter hec z alia mala plurima z defectus innumeros qui sunt in me non contempsisti me: neq̃ me spreuit bonitas tua: sapientia tua: clementia tua: bonum tuum infinitum z inextimabile. Sed in lumine tuo mihi lumen exhibuisti in sapientia tua cognouiveritatem in clementia tua inueni caritatem tuã a tq̃ dilectionem proximi. Quis ergo te coegit ad hec? Non aliqua mea virtus immo solum tua paterna caritas. Hic igitur idem amor te compellat ad illuminandum oculum intellectus mei lumine fidei vt intelligam z agnoscam veritatem tuam mihi patefactam. Da mihi domine vt memoria mea inueniatur capax ad retinendum beneficia tua. Voluntas arde at igne dulcissime tue caritatis qui sanctus ignis faciat corpus meum effundere sanguinem datum amore sanguinis z me cum claui salutaris obedientie portã celi aperire. Istud idem expostulo pro qualibet creatura rationali tam in generali q̃ in particulari z pro corpore misti co sancte matris ecclesie. Ego fateor z non nego quia tu dilexisti me priusquam essem z q̃ amas hominem ita q̃ assimilaris quodammodo illi q̃ ex amore nimio ĩfatuar. O deitas eterna. O eterna trinitas que per vnionem diuine nature fecisti tantum valere preciuum sanguinis vnigeniti filij tui. Tu trinitas eterna es quoddam mare profundum: in quo quanto

plus quero plus inuenio: ⁊ quanto plus inuenio plus quero te. Tu quidē ̄modo insatiabiliter aīam satias: quoniā in abisso tua ita facias aīam q̄ semper remanet esuriens atq̄ famelica te trinitas eterna peroptās desiderans q̄ te videre lumē in lumine tuo. Sicut ceruus desiderat fontē aque viue: ita desiderat aīa mea corpus istud egredi tenebrosum ⁊ in veritate videre te sicuti es. O q̄ diu erit abscōdita facies tua ab oculis meis. O trinitas eterna ignis atq̄ caritatis abissus ā modo dissolue nubem huius mei corporis quia cognitio quā dedisti mihi de te in tua veritate artat ⁊ valde me cogit optare depositionē grauedinis huius corporee atq̄ reddit auidā ad exhibendam vitam hanc ad laudē ⁊ gloriam nominis tui: q⁊ gustaui ⁊ vidi cū lumine intellectus in lumine tuo abissum tuā eterna trinitas atq̄ pulchritudinem creature tue: propter quod in me ̄do meipsam in te vidi me fore tuam imaginem: donante te videlicet mihi te pater eterne de potentia tua ⁊ de sapiētia tua intellectu que sapientia vnigenito tuo est appropriata. Spūs vero sanctus qui procedit a te patre ⁊ a filio tuo dedit mihi voluntatē per quā me facit aptam ad amandum. Nā tu trinitas eterna factor es ⁊ ego factura: vnde cognoui te illuminante in recreatione quā de me fecisti per sanguinem vnigeniti filij tui q̄ phi locaptus es de pulchritudine factu [illegible]. O abissus. o trinitas eterna o [illegible] o mare profundum: ⁊ quid maius mihi dare poteras q̄ teipm. Tu es ignis qui semper ardes ⁊ nō consumis. tu es qui consumis calore tuo quēcunq̄ proprium amorē anime. Tu es iterum ignis qui tollis omnem frigiditatē ⁊ illuminas mentes lumine tuo cum quo lumine fecisti me cognoscere veritatē tuā. tu es illud lumen super oē lumē qd̄ das intellectus oculo supernaturale lumen in tanta perfectione ⁊ habundantia quod etiam lumē fidei per ipsū magis clarificatur in qua fide video meā animā habere vitam ⁊ in isto lumine recipit in se te lumen. Nā in lumine fidei acquiro sapientiā in sapientia verbi filij tui in lumine efficior fortis ⁊ constans atq̄ perseuerans in lumine fidei acquiro spem q̄ nō permittes me in via deficere. Itē istud lumen docet me viam per quam ambulem ⁊ sine isto lumine in tenebris ambularē. Et ideo petiui pater eterne q̄ tu illuminares me lumine sanctissime fidei. Vere lumē istud est vnum mare quod nutrit animam quousq̄ tota sit in te. O mare pacificum trinitas eterna huius maris aqua non ē turbida ⁊ ideo non exhibet aliquē timorem: imo dat notitiam veritatis: hec ē aqua clarissima ⁊ res occultas aperte manifestat. vnde vbi habundat lucidissimum lumen fidei tue anima quasi clarificatur de eo quod credit. Hec est speculum secū dū q̄ tu trinitas eterna me cognoscere facis: qd̄ dū amoris manu tenetur corā oculis anime mee representat me in te que sum creatura tua.

In huius lumine speculi represen/ tatur mihi atq͡ʒ cognosco te summū bonum: bonum super omne bonū: bonum felix: bonum incōprehensi/ bile: bonum inestimabile: pul chritu dinem super omnem pulchritudi/ nem: sapientiam super omnem sapi entiam: quia tu es ipsa sapientia: tu cibus angelorum cum igne carita/ tis te dedisti hominibus. Tu vesti/ mētum cohoperiens nuditatē me a m pascis nos famelicos tua dulce dine quia dulcis es absq͡ʒ amaritu din quacūq͡ʒ. O trinitas eterna in tuo lumine quod mihi dedisti ꝛ re/ cipi mediante lumine fidei san/ ctissime cognoui te declarante per multas ꝛ admirabiles declaratio/ nes vias magne perfectionis vt cū lumine ꝛ non cum tenebris āmodo tibi seruiaʒ atq͡ʒ sim speculum vite sancte: ꝛ ita resurgam a miserabili vita mea qua semꝑ in tenebris huc usq͡ʒ tibi seruiui. Non enim agnoui veritatem tuam ꝛ ideo non amaui eā: sed quare te non agnoui: quia te nō vidi. Quare vero te non vidi cum lumine sanctissime atq͡ʒ glorio se fidei: quia nebule proprij amoris obfuscauit oculum intellect⁹ mei. Sed tu veritas eterna dissoluisti cū lumine tuo tenebras meas. Et quis poterit altitudinē tuam attingere ꝛ tibi referre gratias de tam immē so dono ꝛ de tam amplis beneficijs que mihi concessisti: atq͡ʒ de doctri/ na veritatis quam mihi nunc exhi buisti? Que quippe doctrina ē vna gratia particularis vltra gratiam generalem quam das alijs creatu/ ris. Voluisti nāq͡ʒ condescendere ne cessitati mee ac aliarum creatura/ rum que in futurum tanq̄ in specu lo in ea respiciendo speculari desi/ derabunt. Tu ergo domine pro me tibimetipsi respondeas. Tu qui de/ disti satisfacias atq͡ʒ respondeas pro datis infundendo videlicet in me lumen vnum gratie vt cum ipso lu mine tibi gratias referaʒ vesti me ꝛ fac vt induam te veritatem eter/ nam vt ego curam hanc vitā vtiq͡ʒ mortalem cum vera obedientia ꝛ cum lumine scissime fidei de quo lu mine videtur ꝙ animam meam de nouo nunc inebries.

Deo gratias Amen.



noris tui eradicat sitim proprij ho-
noris: ⁊ qꝛ peruenit ad vitaꝫ volun
tatis tue exijt de morte proprie vo-
luntatis peruerse. O fetidum indu
mentum voluntatis nostre tu non
tegis: sed discooperis animā. O vo
luntas exuta. o arra vite eterne: tu
es fidelis: vsqꝫ ad morteꝫ: non mun
do: sꝫ tuo dulcissimo creatori. Tu li
gas aīam cū ipso: qꝛ se totaliter a se
soluit: o amor inestimabilis in quo
videt anima se esse exutaꝫ pleñarie
semetipsa: in hoc quādo non querit
locum modum: neqꝫ tempus ad mo
dum suum. Sed hꝫ ⁊ omnia ad bene
placitum tuum: hoc est luciduꝫ ve-
stimentuꝫ. Vere potest dici sol: sicut
enim sol illuminat: calefacit: ⁊ facit
germinare terraꝫ. Ita pater eterne
hꝫ verum lumen calefacit animam
que possidet ipsuꝫ in igne caritatis
tue: ⁊ illuminat: qꝛ cum lumiñe no-
scit veritatem. In lumine sapientie
tue ⁊ facit eam germinare dum est

in ista mortali terra fructum vera/
rum realiumq virtutum: hec ani/
ma efficitur fortis in potentia tui eter
ni patris: prudens in sapientia vni
geniti filij tui z apta ad amandum
participando clementiā spiritussan
cti. Quid est quod impedit z obstat
vt anima non se taliter eruatur: pri
uatio luminis: q2 non nouit princi/
pale lumen quod cuilibet creature
rationali largiris: z ideo non exer/
cuit illud. Et quare nō nouit: quia
obfuscauit oculum intellectus cum
culpa qua ligauit voluntatem: que
voluntas est illa que quālibet cul/
paz cōmittit. O miserabilis anima
mea. Quomodo non sentis fetorez
culpe: z odorem virtutum z gratie:
Quia priuata es lumine. Pecca/
ui domine miserere mei. O de9 eter
ne in lumine tuo noui quantam cō
formitatem tui largitus es creatu/
re tue: ad quancunqz partem verto
oculum intellectus: video quod po/
suisti eam quasi in quodam circulo
q2 ad quancunqz partem progredi
tur reperit se in ipso: si verto oculuz
ad cognoscendum in lumine tuo eē
quod dedisti nobis: tu dedisti nobis
conformitatem: ad imaginez z simi
litudinem tuaz: participando te tri
nitatem eternam in tribus potenti
is anime: si conspicio in verbo per
quem creati sumus ad gratiam: te
nobis video conformatum: z nos ti
bi propter vnionem quam tu deus
eternus fecisti in homine: z si cōuer
tor ad animam illuminatam de te
vero lumine ipsa facit mansionem i
te: tue veritatis imitando doctrinā

z in cōmuni in particulari. i. in par
ticularibus virtutibus acquisitis z
probatis ex amore quem anima cō
cepit erga te: z tu es idem amor: ani
ma ergo que ex amore sequitur do/
ctrinam tue veritatis alter te effici
tur ex amore: hec eruta sua propria
voluntate induta est tua intantum
q nō querit: nec optat nisi q: tu que
ris: z sua voluntas appetit q sit in
anima. Tu es philocaptus de ani/
ma tali: z anima de te ē philocapta
sed tu amas eam gratis: q2 eam pri
usq esset amasti: z ipsa diligit te ex
debito. In lumine tuo nouit q gra
tis non potest te diligere: quia obli/
gata est tibi: z non tu ei. Et in dicto
etiam tuo lumine vidit: q id quod
tibi non potest reddere. i. diligere te
gratis oz: q reddat z retribuat pro
ximo suo diligendo euz gratis: z ex
debito simul: z ex gratia dico: quia
non querit retributionez ab eo: nec
proprie seruit ei propter vtilitatem
ab ipso receptam: vel recipiendam:
sed solummodo ex amore. Ex debi/
to vero diligit eum inquantum pre
cipis ei: z ipse est obligatus obedire
tibi. Si respicio quantam conformi
tatem facis de anima in te quando
surgit cū lumine intellectuali acqui
sito a te vero lumine: z cum affectu
erectis in te speculādo se in lumine
veritatis tue. Intantum facis tunc
conformitatem cuz ipsa: q tu qui es
deus noster immortalis das ei no/
scerē z gustare i affectu caritatis tue
immortalia bona tua. Tu qui es lu
men participas cuz ea lumen. Tu
qui es ignis: ignem cum ipsa part

cipas:⁊ in igne tuo vnis voluntatē
suā:cū tua ⁊ tuā cum sua. Tu sūma
sapientia sapientiā largiris ei ⁊ di/
scernere ⁊ recognoscer veritatē tuā.
Tu qui es eterna fortitudo fortitu
dinē tribuis sibi:⁊ efficit tam fortis
ꝙ neqꝫ creature possunt ipsam for/
titudinē auferre ab ea nisi ipsa ve/
lit. Nunquā vero vult dū portat ve
stē voluntatis tue. Sola enim volū
tas sua facit ipsam debilitari. Tu i
finitus facis ipsam īfinitā:ꝑ ꝯfor
mitatē ꝗ̄ ex grā cū ipsa fecisti: hic
dū est pegrina:⁊ in vita durabili in
eterna visiōe tua:vbi tā pfecte ē cō
formata tibi ⁊ liberꝫ arbitriū tali/
ter ē ligatum:ꝙ non pōt ipsam a ta
li ꝯformitate separari. Bene ergo
fateor ꝙ veritas tua dicit veritatē:
ꝙ creatura rationalis est tibi totali
ter conformata:⁊ tu ipsi per gratiā.
Tu non das ei partem gratie: sꝫ to
tam:quar dico ꝙ videt mihi ꝙ des
totā:qr nihil ei deficit ad salutē:be/
ne est minus ⁊ magis pfecta ſm ꝙ
ipsa in lumine tuo vult excrecere lu
men quod tu a principio dedisti ei
naturaliter. Quid ergo amplius di
cam: Nihil aliud nisi ꝙ homo effe/
ctus est deus:⁊ tu deus homo fact⁹
ē. Quid fuit cā huius ꝯformitatis:
lumē in quo lumine nouit volunta
tatem tuā cognoscendo eā: exuit se
suaꝫ ꝓpriam q̄ dabat ei tenebras:⁊
mortē ⁊ nuditatē ⁊ induit se tuam.
Induta tua:induta est te per grati
am:per lumen:⁊ per igneꝫ:⁊ ꝑ vnio
nem quam tu deus fecisti in huma
nitatem nostra. Itaqꝫ tu es cā cu/
iuslibet boni:⁊ propria peruersa vo
luntas induta amore proprio est cā
cuiuscūqꝫ mali:⁊ tanti mali ē cā ista
voluntas:ꝙ cū tenebris facit aiam
saltar extra circulū luminis sanctis
sime fidei:ī quo lumine existēs ver/
tendo se ex qualibet parte inuenie/
bat te. Et quam conformitatem in/
uenit:⁊ ī quo reperit se vnitā postꝗ̄
exiuit de lumine fidei: Inuenit se re
cte bestijs ꝯformatā que sunt absqꝫ
aliqua ratione imitando legem per
uersam ⁊ doctrinam demonis visi/
bilis:⁊ inuisibilis. Quis est cā hui⁹:
ipsamet. o alta ⁊ eterna deitas fate/
or:⁊ non nego me esse illam misera
bilem q̄ sum cā omnium malorum:
qr nunqꝫ exercui lumen in lumine
tuo ad cognoscendum ꝗ̄tuꝫ tibi di
splicet:⁊ mihi ē nociuū: malignū: ⁊
fetidum indumentum proprie ⁊ ꝑ/
uerse voluntatis:hoc vestimentum
tu vis ꝙ quilibet exuat festināter ⁊
totaliter sūmendo ipsum a pedibus
⁊ totum simul extrahendo:ego sum
etiaꝫ illa misera miserabilis que nō
noui dulcedinē voluntatis tue:quā
ex debito debeo me induere. Pec/
caui:peccaui domino miserere mei.
Tu deus eternus alta ⁊ eterna dei/
tas in lumine tuo facis vider lumē.
Quare pater eterne humiliter sup
plico quatenus īfundas: ⁊ dones il
lud omnibus creaturis tuis rōnali
b⁹: sꝫ p̄cipue illud īfunde dulci pr̄i
nr̄o vicario tuo tā habūdāter ꝗ̄tū
necesse ē i tantū:ꝙ tu alta: ⁊ eterna
deitas de ipso aliū te facias. Et simi
liter rogo te:ꝙ dones lumē tenebro
sis: vt cognoscāt veritatē in lumine
tuo:similiter supplico ꝓ his quos de

disti mihi q̃ eos diligam singulari amore cũ pcipua ꝛ maxima sollicitudine. Rogo sint illuminati in lumine tuo auferat ab eis imꝑfectio: vt in veritate laborent in viridario tuo in quo eos posuisti ad laborãdũ ꝛ punias: ꝛ vindica supra me culpas ꝛ iꝑfectionẽ eoꝝ quaꝝ ego suz cã. Peccaui dñe miserere mei. Gratias: gratias ago tibi alta ꝛ eterna trinitas: qꝛ in lumine tuo dedisti refrigeriũ aĩe mee ꝑꝑ ꝯformitatẽ nr̃am quã noui nos tecũ hẽre ꝛ ꝑ doctrinã quam dedisti de excellentia voluntatis tue. Ego sum que non suz: ꝛ tu es solus ille qui es: ergo tu ipse gratias redde tibi dando mihi cũ quo possum laudare te: voluntas tua: te cogat ad faciendũ misericordiã cũ mundo: ꝛ tuo diuino adiutorio subuenire vicario tuo in terris: ꝛ spõse tue. Peccaui domĩe miserere mei. Alta ꝛ eterña deitas largire ñobis tuam dulcem benedictionem.

Oratio eiusdem facta Rome die xvi. febr. anni supra8. xxij.

DEitas eterna: o alta ꝛ eterna deitas: o sũme ꝛ eterne pater O ignis qui semper ardes. Tu pater eternus alta: ꝛ eterna trinitas: tu es ignis inestimabilis caritatis. O deitas: deitas. Quid ẽ quod manifestat bonitatem ꝛ magnitudinẽ tuam: Donum quod dedisti homini: ꝛ quod minus largitus es ei: Totum te deum immensam ꝛ eternam trinitatem: ꝛ in quo loco donans te eis dignatus descendere. In stabulo nostre humãitatis que recte erat effecta stabulum: quia receptaculum animalium mortalium. s. peccatorũ: ꝛ ideo ibi voluisti nasci ad demonstrandũ ad quid homo peruenerat propter culpam. Ita ꝙ totum te deum dedisti nobis conformando te nostre humanitati: ꝛ ĩ ipsa vnionem faciendo. O deus eterneo deus eterne. Tu dicis ꝙ ego respiciam in te altam: ꝛ eternam deitatem: ꝛ aspiciendo in te cognoscam me: vt melius cognoscam infirmitatem meam per altitudinem tuam: ꝛ econuerso per magnitudinem tuam: meam paruitatem. Sed video ꝙ nisi prius exuam me propria voluntate: nõ possum videre te: ꝛ ideo dedisti mihi doctrinam: vt prius exuam me voluntate mea cognoscendo me in qua cognitione agnosco te quare tunc perfecte exuit anima se propriam voluntatem ꝛ induit tuam. Et tunc vis ꝙ surgat cum lumine ad cognoscendum se in te. O ignis qui continue ardes: anima que se nouit in te ad quancunque partem respiciendo se vertit: inuenit etiam in infimis magnitudinem tuam. videlicet in creaturis rationalibus: ꝛ omnibus que creasti. Nam in omnibus aduertit potentiam tuam: ꝛ sapientiam ꝛ clemẽtiã nisi enĩ potuisses sciuisses: ꝛ voluisses ex amore minime creasses ea. Sz potuisti sciuisti: ꝛ voluisti: qꝛ omnipotens es ideoq̃ creasti. O miserabilis anima mea nunq̃ te cognouisti in eo quia non exuisti te voluntatem peruersam tuam: nec suam

ld uisti. Et quomodo vis dulcissime
amor ꝙ respiciaȝ me in te: vis ꝙ cō
siderem creationem qua ad imagi/
nem ⁊ similitudinem tuaȝ nos crea
sti. Uis etiam ꝙ considerem ⁊ respi
ciam: ꝙ te integram puritatem
vnisti luto humanitatis nostre co/
actus ab igne tue inestimabilis ca/
ritatis. Quo etiaȝ igne vrgente de
disti te nobis in cibum. Et qualis ci
bus ē iste: Cibus angelorum sūma
⁊ eterna puritas: ⁊ ideo tantam pu
ritatem requiris esse in anima que
recipit te in hoc dulcissimo sacramē
to: ꝙ si possibile esset naturam ange
licam purificari que nulla indiget
purificatione opus esset ꝙ purifica
retur ad hoc tantum misterium ac/
cessura. Et quomodo purificat ani/
ma: Igne caritatis tue ⁊ abluendo
faciem suam in sanguine vnigeniti
filij tui. O anima mea miseria ple/
na quomodo accedis ad tantū mi/
sterium absq̧ purificatiōe solemni:
eru besse digna cum bestijs ⁊ demo/
nijs habitare: q2 opata es opera be
stiarum: ⁊ secuta voluntatem de/
monum. O bonitas immēsa: tu vis
ꝙ ego respiciam in te ac videam ꝙ
tu diligis me: ⁊ q2 gratis me diligis
vt cognoscam ꝙ quascunq̧ rationa
les creaturas diligis hoc eodē amo
re ad hoc: vt isto amore diligaȝ pro
ximum meum amando eum gratis
i. subueniendo ei spiritualiter ⁊ cor/
poraliter iuxta posse absq̧ vlla spe
premij: imo quantus esset mihi mo
lestus: ⁊ ingratus non vis ꝙ desinā
prodesse ei: ⁊ subuenire necessitati/
bus suis. Quid ergo faciam vt hoc
videam: Exuam me fetidam vesteȝ
meam: ⁊ cum lumine sanctissime fi/
dei respiciam me in te: ⁊ induaȝ me
eterna voluntate tua: ⁊ cum h̄ lumi
ne cognoscam ꝙ tu trinitas eterna
es nobis mēsa cibus: ⁊ seruitor. Or
tu pater eternus es illa mensa que
das nobis cibum. Agnuȝ videlicet
vnigenitum tuum: ipse agnus ē no
bis suauis ⁊ dulcissimus cibus tam
in doctrina sua que alit nos in volū
tate tua quam etiam in sacramen/
to in sancta cōmunione nobis tradi
to quod pascit nos atq̧ cōfortat dū
sumus peregrini in hac vita: spiri/
tussanctus est nobis recte seruitor:
quia ministrat nobis hāc doctrinā
illuminando de ipsa oculum intelle
ctus nostri: ⁊ inspirando in cordibꝰ:
vt sequamur eam. Ministrat etiaȝ
nobis caritatem proximi: ⁊ famem
cibi animarum: ⁊ salutis totius mū
di propter honorem tui patris: vn/
de videmus ꝙ anime illuminate in
te vero lumine: non finunt preteri/
re tempus in quo non comedāt: vel
comedere velint cibum animarum
propter honorem tuum. Tu infini/
ta bonitas in te patefacis necessita/
tem mundi ⁊ precipue ecclesie san/
cte sponse tue ⁊ amorem quem ha/
bes erga ipsam: quia fundata est in
sanguine dilecti filij tui: ⁊ in ipso cō
dita est: similiter etiam manifestas
amorem erga vicarium tuum ex eo
ꝙ minister est huius sanguinis pre
ciosi. Ideo respiciaȝ me in te: vt effi
ciar pura: ⁊ sic purificata clamabo
coram misericordia tua: vt vertas
oculum pietatis super necessitatem

ecclesie sancte: ꝛ illumines: ꝛ robores
vicarium tuum: Illumina etiã cle
mentissime pater seruos tuos: vt cõ
sulãt tibi recte ꝛ simpliciter atq3 di/
sponas eos: vt sequantur lumen: qḋ
in ipsis infundes. O alta ꝛ eterna
sapientia. Tu non posuisti animam
solam: imo dotasti eam tribus potẽ
tijs: vz memoria intellectu ꝛ volun
tate: ꝛ tã sunt vnite quod quicquid
vult vna alie sequuntur: vnde si me
moria ponit se ad videndum bene/
ficia tua: ꝛ bonitatem tuam. Subi/
to intellectus vult intelligere eam
ꝛ voluntas diligere eã ꝛ sequi volũ
tatem tuam. Et quia tu non posui/
sti eã solam non vis ꝙ maneat absq3
societate amoris. s. tui ꝛ dilectione ꝓ
ximi. Et quando sic est sociata tunc
est perfecte vnita ꝛ fit vnum. s. i te:
ꝛ vnum cum proximo suo: ꝛ tũc be
ne verificatur verbum pauli vbi di
xit. Multi quidem in stadio currũt
vnus autem accipit brauium vide
licet caritas. Sed quando sociat se
cum culpa tunc vere remanet sola:
quia discedit a te qui solus es omne
bonum ꝛ discedendo a te est separa
ta a caritate ꝓximi: ꝛ sociata culpe
que nihil est: ꝛ ex hoc ostẽdis ꝙ tũc
remanet sola. Peccaui domine mi
serere mei. Nunq̃ didici cognosce/
re me in te: sed lumen tuu3 est illud
quod facit videre quicquid boni co
gnoscit. In natura tua deitas eter/
na noscam naturam meam. Et que
est natura tua am::: inestimabilis:
ꝛ si ignis: ꝛ de hac natura dedisti ho
mini quia creasti illu3 ex igne amo
ris: ꝛ similiter de omnib⁹ alijs crea-
turis ꝛ rebus. o ingrate homo quã
naturam dedit tibi deus tuus. na/
turam suam: ꝛ tu non erubescis au/
ferre naturam tam nobilem a te cõ
mittendo peccata: o dulcis eterna
deitas alia que videmus non appa
rentia ignis: quomodo sunt ignis.
Rndeo video ꝙ omnia sunt ignis
quia vt dictu3 est omnia ex igne ca
ritatis creasti sicut planta manens
in terra que quãuis non sit terra ni
hilominus ab ipsa terra sustantia3
suscipit: vnde bene est veritas ꝙ ni/
hil aliud es quam ignis. Tu lumen
verum nobis lumen infunde tu sa/
pientia sapientiam tribue: tu forti/
tudo fortitudinẽ largire hodie que
so dissoluatur nubes nostra: vt per
fecte noscamus: atq3 sequamur veri
tatem tuam in veritate: recto ꝛ sim
plici corde. Deus in adiutorium no
strum intende: domine ad adiuuan
dum nos festina. Amen.

Pii secundi pontificis maximi in vitam canonizationez beate Catherine Senensis Epistola.

P Ius episcopus servus servorum dei vniversis christi fidelibus salutem ⁊ apostolicam benedictionem. Misericordias domini quas i dies largius experimur. Nō satis explicare posset lingua mortalis. Vincunt humana eloquia divina beneficia. Nec homini datum ē creatorem suum abunde collaudare. Nec si omnes artus converterentur in linguas: quādo ex nihilo creati de non esse producti sumus i esse. Nec vel lapides: vel plantę: vel aīalia bruta: sed rationis participes divinorūq capaces effecti sumus. Ac non solum angelis. Sed ipsi quodā modo invisibili ⁊ excelso deo similes gloria ⁊ honore coronati sup omnia opera eius īperio potiti. Verū si nosipsos rebus ceteris cōparamus Nulla creatura magis ingrata reperta ē q̄ homo. Si luciferi ⁊ sociorum eius supbiaz p̄terimus. Solus inter creata rebellis deo ⁊ ingratissimus homo ē. Reliqua oīa divinā pietatē in suo esse collaudāt: nec eius vnq̄ p̄ceptis adversantur. Nature legibus parent: ⁊ ea pagunt ad q̄ pducta sunt terra aratrū patit: ⁊ suscipiens semina: tanq̄ sub vsuris multiplicata reddit: ⁊ ipso dei obediens culta atq̄ iculta humano generi ꝯsulit. Saxa in hedificiorū vsuz recepta presto adsunt: nec scissa: vel excocta resistūt. Fructificant arbores in agro virētes ⁊ posteaq̄ aruerunt: aut ignem nutriunt: aut edes tectaq̄ sustinent. Quanta herbarum sive in foliis: sive in radicibus: sive in floribus: sive in seminibus: sive in sucis inest vtilitas. Quanta in fluminibus cōmoditas: Quanta in lacubus ac maribus que dum navigia subeunt iter remotissimas gentes commertia prestant. Quid animala cetera sive aquatica sive terrestria. In omnibus laudatur deus: dum nature iussa capessunt. Elementa ⁊ sidera faciunt imperata. Sol peragit cursum suum: nec prescriptas zodiaci metus excedit. Nec alieno lucēs lumine suo numeri luna decit. Nec errantes errant stelle. Certum semper ⁊ statutū iter agētes. Omnia in celo ⁊ in terra laudant deuz: ⁊ in officio manentia benedicunt ei. Nec legi resistunt imposite. Gravia deorsum cadunt: levia sursum ferruntur. Cuncta gratitudinem ostendunt deo parent atque nature. Solus homo ingratus inobediens ac rebellis inter creata repertus est: perversi angeli ruinaz immitatus. Ille in celo superbiens creatoriq̄ similis esse cupiens: in abissum precipitatus meditati sceleris penas dedit. Homo de limo factus ⁊ in terra positus sue imbecilitatis immemor. Et ipse quoq̄ alta cupere cepit. Qui de ligno descens prohibito: per boni ⁊ mali cognitionem: equalitatem cum deo optavit: propter quod de paradiso

deliciarum eiectus in multas erū/
nas datus est. Et porta regni celo/
rum clausa mors introiuit in orbeꝫ
terrarum. Que nulli hominuꝫ par
ceret. Quando filij ade ante dilu/
uium aberrauerint: ꝛ q̄ꝫ procul a di
uina voluntate recessserint secuta di
luuio patefecit. Que omnem carnem
aquarum inundatione deleuerat:
ea excepta que cum pio Noe in ar/
cha saluata est. Ceterum neqꝫ in fi/
lijs eius nequitia ac perfidia defu/
it. Malignati ꝛ ipsi sunt: ꝛ in omne
prolapsi nephas. Turris babel in
contumeliam domini cepta est. ꝛ
ibi labium vniuerse terre diuisum.
Ab his bella introducta sunt: rapi
ne. Tumultus. Incendia. Cedes
Adulteria. Stupra: periuria: ꝛ ido/
lorum cultus. Et quicquid malo/
rum libido: aut superbia gignit.
Paucissimi vsqꝫ ad abraam reper
ti sunt diuine legis Amatores. Ille
vero vnicum certumqꝫ pietatis ex
empluꝫ adeo voluntati dei sese sub
misit vt proprium filium immola/
re non dubitaret: propter quod in
semine eius benedicte sunt omnes
gentes. Ex cuius liberis non solum
prophete orti sunt diuine legis pre
dicatores. Sed ipse quoqꝫ saluator
christus secundum carnem nasci di
gnatus est: qui pro salute humani
generis cum in forma dei esset equa
lis patri exinaniuit semetipsum for
mam serui accipiens. Et homo fact⁹
tedia carnis subijt tormenta: ꝛ cru
ciatus pertulit. Et extremam mor/
tem non secundum naturam: sed
violentam: sed ignominiosam. Sꝫ
acerbissimam. Et vix homini tolle/
rabilem in ligno crucis sustinuit.
In quo moriens mortem nostram
destruxit: ꝛ vitam reparauit. Dispo
liauit inferos. Abduxit sanctos pa
tres: ꝛ victor mortis. Ac diaboli tri
umphator celum iam longo tempo
re clausum aperiens. Ascendit ad
patrem nobisqꝫ viam ostendit: per
quam sequi eum possemus euange/
lica lege tradita ꝛ baptismo ceteris
que sacramentis apertis per que la
psi repararemur ꝛ saluaremur. Nec
tamē tot tantisqꝫ allecta beneficijs
nostra proteruitas ac malignitas
conquieuit: nec gratū exhibuit ani
mum: nec vicia deseruit homo. Sed
quo maiori preuenti sumus mune
re gratiarum: eo magis ingrati re/
perimur: ꝛ ad illicita procliuiores.
Nam quomodo sublimem diligi/
mus: aut honoramus deum. Quo/
mō eius mandata seruamus. Quis
sacrosancto euangelio paret: Que
reuerentia legum: Quis canonum
metus: Que subiectio erga superio
res. Que caritas erga inferiores.
Quis equitatis. Quis iustitie cul/
tus. Que religio. Qui mores homi
num sunt. Qui dicunt in cordibus
suis. Non est deus. Alij impie effe/
runt dogmata: ꝛ blasfemias in deū
eudunt. Alij voluptatum serui. Nil
aliud cogitant: nisi quomodo libi/
dines suas expleant. Illi opibus in
hiant alienis. Illi humanum san/
guinem sitiunt. Rara innocentia
est: eaque parum tuta. Neque pro/

pinquitatis iura prosunt. Nec scri
pte que sancite moribus leges viri/
bus ac fraudibus cuncta obediunt.
Ita vt nec ab re princeps mundi
huius appelletur diabolus: quan/
do pars orbis maior eius arbitrio
ducitur. Nam quantum est q̄ pseu
do prophete maumethis isania pos
sidet. Orientis precipuaz portionē
et affrice maxima regna. Et ī hispa/
nia granatenses: Et in grecia multe
prouincie sub maumethe christum
blasfemant. Nec parua est indeorū
natio per orbem terrarum late di/
spersa sancti euangelii: et christiane
legis inimica. Nec desunt in septen/
trione: atq in oriente cultores ido/
lorum. In angulū europe christia/
nitas redacta est. Naz quamuis per
asiam: ac libiam christiani non pau
ci dispersi esse ferantur. Non tamen
illorum sincera est fides. Qui pro/
cul ab apostolica sede inter infide/
les habitantes: et cum hereticis cō/
municātes: improba quedam sapi
unt: et multis erroribus scatēt. Nec
christiani qui sunt ī europa: tam re
q̄ nomine christiani existūt. Adum
brata quidem et ficta est multorum
religio: sicut opera ipsa manifestāt.
Nam quotus est qui digna christia
no faciat opera. A fructibus eorum
cognoscetis eos. Inquit in euange/
lio dominus. Si viuimus vt christus
iubet: christiani sumus. Joannes apo
stolus eius filios esse homines asse/
rit: cuius opera faciunt. Si dei man
data seruamus dei proculdubio fi/
lii sumus. Sin diaboli ad eum per/
tinemus dicente domino: vos ex pa
tre diabolo estis: dura sniā: et tamen
vera. Illius quisq filius est: et ad eū
pertinet: cuius mandata sectatur.
Quantum autem ingrati christia/
ni a diuinis preceptionibus pro/
cul abierint: et quantum diabolicis
suggestionibus adheserint: per sese q
uis intelligit. Interroget quisq cō
scientiam suam: et retroactam ante
oculos mentis vitam collocet. Et q̄
tum ab officio veri christiani recesse
rit palam cognoscet. Que cum ita
sint maxima ē sūmi dei benignitas
et incredibilis misericordia: que nos
tollerat: et viuere sinit expectans: vt
aliquando cōuersi redeamus ī viā.
Sed inuenti sunt in omni etate non
nulli deo placentes viri sancti qui
viuentes in carne desideria carnis
vicerunt: et celestem in terra vitam
egerunt quorum meritis et interces
sione substentata est mundi machi/
na et cōminatus ignis retētus: et ira
dei vltioq suspensa. Nec dubitamus
qui hodie quoq aliqui sint accepti
deo: quorum preces celestem nobis
regem placatum benignumq red/
dāt. Inter alios autem qui deo pla
cuerunt: et diuinam nobis clementi
am placauerūt vrbs sene inter etru
scos nobilis etate nostra Bernardi
num aluit: qui nobili loco natus in
adolescentie flore mundo renuncia
uit: et igressus beati francisci religio
nem cum fratres sui ordinis procul
abiisse ab institutis: et regula patris
reperisset eos acriter correxit. Et cū
eos omnes in viā reducere non pos
set sequestratis pluribus quibus re
gulam reseruare placuit cum his ce

nobis frequētauit:que multa de no
uo errexit:⁊ sanctissimis institutis
reformauit. Circuiuit italiam pre/
dicando vitia fulminauit: virtutes
erexit. Mira eius abstinentia fuit.
Mira integritas:moderata graui/
tas:eloquij multa suauitas: multa
doctrina. Et qm̄ verus erat pauper
tatis cultor:hostis pecunie: ⁊ omni
um deliciarum inimicus semper in
eius vultu ingens alacritas emicu
it:⁊ in mēte sūma quies: vt qui sola
inocentia gaudebat:nullius sibi cō
scius criminis scādalis q̄pluribus
in italia obuiauit:⁊ multa miracu/
la perpetrauit:ꝑpter que adhuc vi
uens sanctus habebatur:⁊ miro ple
bium collebatur honore. Nusq̄ fine
populi frequentia: ⁊ singulari reue
rentia receptus. Qui cū apud aqui
lam marsorū vrbem:huius vite cur
sum peregisset. A nicholao.v.prede
cessore nostro:ipso iubilei āno. Cum
christianus orbis ad purgandas vi
ciorum sordes frequens vrbez inui
sceret inter sanctos christi confesso/
res relatus est. Fuerat ⁊ in etate su
periori parentum nostrorū memo
ria in eadez vrbe:⁊ in sexu femineo
virgo catherina non minoris meri/
ti:nec minus accepta deo. Cuiꝰ pre
ces in cōspectu precelse diuinitatis
humano generi admodū salutares
⁊ olim fuisse:⁊ nunc esse:⁊ imposte/
rum fore non dubitamus. Nā sicut
peccata malorum hominum ac bla
sfemie. iram dei super nos ꝓuocāt.
Ita ⁊ sanctorū opera rogaminaq̄
auertunt. Uerum caterina quāuis
angelicam vitaz in terris egerit. Et
ante ānos octuaginta decedens ad
celum migrauerit multisq̄ signis ⁊
gloriosis miraculis clarucrit: nō ta
men adhuc inter sanctas christi vir
gies a militāti ecc esia recepta erat.
Neq̄ eniz romani pōtifices qui an
te nos fuerunt id decreuerant. Uo/
luerat vrbanus.vi.huic ei honorem
impartiri. Et post eum Innocentiꝰ
vij. Ac deinde Gregorius.xi. qui hu
ius virginis:⁊ sancte cōuersationis
eius precipuam habuere noticiam.
Sed vexati perturbatiōe scismatis:
quod eorū tempore viguit. Et mul
tis bellorum turbinibus ac molesti
is agitati:diuino vt credimus con/
silio id ōmiserunt:ne semente diui/
sionis procella: quod sanctum vna
obedientia decreuisset:prophanum
altera censuisset. Dillata est res vsq̄
ad tempora nostra nobisq̄ huius sa
cerrime virgīs canonizatio reserua
ta tanq̄ conterranee nostre: atq̄ cō
ciuis:vt senēsis virginis sāctitas d
creto senēsis hominis in romana se
de sedentis ꝓdiret in lucez. In qua
re non imus inficias: affectum nos
aliquem sanctum: ⁊ pium traxisse.
Quis est enim qui sue vrbis preco/
nia:sue pr̄te laudes sui generis vir/
tutes: non libenter vulgari procu/
ret:cum id possit:⁊ rite:⁊ honeste fa
cere: Excellentia fctā:⁊ illustres vir
tute homines:⁊ in omni genere: ⁊ i
omni parte orbis. Nemo est qui nō
cupidū videatur:libētius tamen ⁊
maiori cū iocunditate sua i patria:
⁊ in sua gente. Et si nos quidem bea
te catherine sublimes dotes: nobi/
le ingenium diuinam mentem: sa

eratissimam voluntatem in omni
natiōe ꝗ letissimi vidissemus: letio
res tamen in vrbe senensi que nos
genuit. Si quidem meritorū eius
longe magis ⁊ magis peculiariter
esse confidimus participet: ꝗ si vir
go h̄ aut in affrica: aut in scithia si/
ue in india nata fuisset. Neqꝫ enim
fieri potest. Quin sanctorum pro/
pinquitas aliquid habeat preroga
tiue. Nihil tamen ob hanc causam
plus minusue dicere licet: ꝗ verum
est. Nec propter cognationem: aut
patrie caritatem inter sanctos quis
ꝗ: sine meritis: sine solito examine:
sine ꝯsuetis solemnitatibus referen
dus ē. Qua pp ⁊ si iocunde audiui
mus beatā caterinā senēsē esse. Cu
ius canonizatio petebat: nō tn̄ i eiꝰ
canonizatiōe qcꝗ̄ omisimus: ex his
q̄ tāta i solēnitate requirunt. Ade/
rāt multe p̄ces nō mō senēsis popu
li: verū ēt alioꝝ. Nā ⁊ carissimus in
xp̄o filius. Federicus Romanorū
īperator Augustus. simulqꝫ dilectꝰ
filius nobilis vir pascalis venetiaꝝ
dux nobis supplicauit: ne hāc virgi
nē suo i terris honore priuatā vlte/
rius esse sineremus in quā multoꝝ
populoꝝ deuotio esset lesa. Et mul
ta d' ipa miracula vulgarētur. Mā
tuā vero petētes cū i terenūdū apud
senēn: aliq̄ diu supsedissemus: ⁊ ea i
ꝯcistorio publico: ingentia eius me
rita: ⁊ miraculosa signa nobis cēnt
exposita. vehemēterqꝫ p̄ces porrecte
vt sanctoꝝ xp̄i honores illi decerne
remus: haud quāqꝫ statim ānuimꝰ
Sed ꝓ veteri ꝯsuetudine tribus ex
fratribꝰ nostris sancte Romane ec/
clesie cardinalibus vni ep̄o. Alteri
p̄sbitero. Reliquo diacono viue vo
cis oraculo cōmisimꝰ: vt debitis ha
bitis ꝓcessibus de vita ⁊ moribus
ipsius caterine deqꝫ miraculis eius
siue in vita siue post mortem patra/
tis: ⁊ de reliquis ad canonizationē
necessarijs diligenter inquirerent:
nobisqꝫ in secreto concistorio vt mo
ris est fidelem relationem facerent
Commissarij per annum ⁊ vltra do
nec ex mantua romam redissemus
rem discutientes inuentis processi/
bus antiquis: apud venetos ⁊ alibi
habitis examinatisqꝫ de nouo testi/
bus ⁊ summa cum diligentia cūctis
ponderatis cum seorsum inter car/
dinales tantum omnium que inue
nerant veracem nobis relationem
fecissent ac deum per aduocatuz ea
que nobis exposuerant in publico
consistorio denuo recitari curassent
Postremo conuocatis in aula no/
stra Rome vniuersis qui secū erant
in curia ecclesiarum presulibus as/
sistentibꝰ nobis cardinalibus. Iteꝝ
commissarij prefati per organuz ve
nerabilis fratris nostriꝰ guilielmi
episcopi portuensis natione gallici
qui primus eorum erat: rursus cun
cta que inuenerant ⁊ rite probata
videbantur coram explicauerint.
Ex quorum relatione que amplissi
ma ⁊ ornatissima fuit hec sūmatim
accepimus que vera cōperta cogni
ta ⁊ explorata sunt. Virgo catheri/
na ex ciuitate senensi oriunda me/
diocribus orta parētibꝰ prius deo
sese dedicauit: ꝗ deū posset ꝑ etatē
cognoscere. Sex annos nata: vt dnō

feruiret heremū ꝯcupiuit. Et vrbe egressa in cauerna loco solitario de lituit. Quāuis iubēte spiritu pau/lulu; ꝺemorata domum reddierit. Angelicam salutationē edocta quo tiens paterne domus scalam ascen/dit: totiens per singulos gradus sic flexo geniculo beatissimam virginem matrem domini salutauit. Et anno maiori virginitate; suam consecra uit christo: quem sua in maiestate se dentem mirabili visione cōtempla ta est: ⁊ archana celestis aule vidit: que non potest affari lingua morta lis. Mūdanas delicias a se omnes abdicauit. Orationi tota; se dedit. Corpusculum suum vigilijs: ieiuni is ac verberib⁹ afflixit. Coequales puellas vt idem facerēt ⁊ docuit ⁊ persuasit. Pubes effecta scissis cri nibus mortale coniugium recusa/uit. Conuicia ⁊ maledicta hominu; spreuit. Beati dominici habitū quē femine gestant de penitentia nun/cupate extorsit potiusq̄ʒ impetrauit. Ancillare officium in paterna do/mo exercuit: nihil magis cupiens q̄ vilis apud homines: ⁊ abiecta vi deri pauperibus christi. Na; id pa ter sibi indulserat: larga manu sub/uenit. Egrotantibus sūma diligen/tia ministrauit: diabolicas tempta tiones ⁊ assiduas malignantiu; spi rituum pugnas: patientie clipeo ⁊ fidei galea superauit. Incarceratos ⁊ oppressos quib⁹ valuit modis cō solata est. Nullum ab ea verbu; nō religiosum non sanctū excidit. Om nis sermo eius de moribus fuit de religione: de pietate: de contempt[u]

mundi: de amore dei ⁊ proximi. De celesti patria. Nemo ad eam acces/sit: qui nō doctior melior; abierit. Doctrina eius infusa: non acquisi/ta fuit. Prius magistra visa est q̄ discipula. quippe que sacrarum lit/terarum professoribus ipsisq̄ ma/gnarum ecclesiarum episcopis diffi cillimas de diuinitate questiones proponentibus prudentissime re/spondit: ⁊ adeo satisfecit: vt tanqua; agnos māsuefactos remiserit quos tanq̄ lupos ac leones ferocienses ac ceperat: quorum nonnulli diuinam in virginem sapientiam admirati distributis mox inter christi paupe res quas possidebant substātijs: ac/cepta dn̄i cruce: vitā deinde euāge/licā egerūt. Sūma hui⁹ virginis ab stinētia fuit: ⁊ admirabilis vite au/steritas. Nā cū vini ⁊ carniū vsū p[ri]/mus abiecisset: nec pulmēta rijs vllis vteref. Ad extremu; eo deducta ē. vt nec legumia ederet: nec pane ve sceref nisi celesti: quē ver⁹ xp̄ian⁹ in sacramēto sumit altaris. Junctā ē aliqñ a die ciner; vsq; ad pētecostē ieiuniu; pduxisse. Sola eucharistie cōione contēta. Per ānos circiter octo mimo herbar; suco coq; par retento ⁊ cōione sacra sustentata ē. Ad cibū quasi ad supplicium pgebat Ad cōionē altaris q̄ illi fere quotti diana fuit: quasi ad celestes nupti/as inuitata esset sūma cū alacritate pficiscebaf. Cilicio sb veste vtebaf quo carnem macerabat. Nulle illi plume nulla puluinaria erant: le/ctu; sibi ex tabulis confecerat: atq; in eo iacens breuissimum somnum

accipiebat. Raro enim ultra duas horas inter diu noctuque dormiebat reliquum omne tempus vigilando orando predicãdo: opera misericordie agendo cõtrivit. Spissis cordulis carnem suam maceravit: dolore capitis pene assiduo torquebatur. Estuabat febribus: nec aliorum cruciatu carebat: luctabatur quoque frequẽtissime: cũ demonibus: multisque illorum molestijs vexabatur. Sed aiebat cum apostolo. Cũ infirmor: tũc fortior sũ. Nec enim in tantis laboribus deficiebat: nec caritatis opera negligebat. Assistebat miseris indigna ferentibus. Arguebat peccatores, et blandissimis verbis ad penitentiam revocabat. Precepta salutis omnib' leta dabat. Quid sectãdum: quid fugiendum esset: alacri vultu ostendebat. Dissidentes summo studio componebat. Multa extinxit odia: et mortales sedavit inimicitias. Pro pace florentinorum qui cum ecclesia dissidebant: et interdicto suppositi erant ecclesiastico. Appeninum et alpes transire: atque usque in avinionem. Ad gregorium xi. pontificem maximum antecessorem nostrum proficisci non dubitavit. Cui votum suum. De petenda urbe Roma in occulto factum: et sibi soli ac deo notum: sese divinitus cognovisse monstravit. Fuit enim ĩ ea spiritus prophetie et multa predixit: antequam fierent: et occultissima revellavit. Rapiebatur sepe a spiritu. Et in aere suspensa divinis contemplationibus pascebatur: a deo extra se acta: ut ex puncta percussa

quod nihil omnino sentiret. Idque frequenter sibi contingebat cum divinissima reficeret eucharestia. Magnum et sanctum erat in plebib' caterine nomen: et undique ad eam egroti: et malignis vexati spiritibus deducebantur: et multi curabantur. Languoribus et febribus in christi nomine imperabat: et demones cogebat ab obsessis abire corporibus: propter quas res: duobus romanis pontificibus Gregorio nomen cuius pauloante meminimus: et urbano. vi. acceptissima fuit: adeo ut legationibus eorum fungeretur: multisque: et magnis spiritualibus gratiis ab eis donaretur. Eadem cum vite agonem iam peregisset anno etatis sue tertio circiter ac trigessimo ĩ urbe Roma diem suũ clausit de cuius anime in celum assumptione: et gloriosa receptione stupende ac mirabiles revelationes facte reperiuntur apud eas personas que virginẽ dilexerunt: maxime vero apud eius confessorem Raimunduz capuanẽsem sacre theologie magistrum qui postea generalis totius ordinis predicatorum: pater magister: et rector effectus est: is nãque cum Ianue ageret ea nocte qua virgo migravit hora matutina ĩtra dormitoriũ apud imaginem matris domini eam contemplatus est miro splendore fulgẽtem: et verba ad se consolatoria dicẽtem. Corpus eius aliquãdiu servatuz denique in ecclesia fratrum predicatorum que de minerva dicitur Rome conditum est nõ sine magna populi devotione ac reverentia: cuius

factu pleniq; egroti salutem conse/
cuti sunt adeo:ꝛ nõnullis saluti fue
rit ea tetigisse que sacrata virginis
membra tetigere:postea quoq; vir
go ipsa iam celo,recepta vota suppli
cantium benigne audiuit:ꝛ vt a spõ
so:ꝛ dño christo suo saluatore exau/
dirêtur curauit. Multi enim ex di/
uersis egritudinibus curati sunt q
audita beate Caterie gloriosissima
fama eius patrocinium supplices
petinere.propterea venetijs vbi nũ
q̃ virgo ipsa fuerat:ꝛ multis in lo/
cis nomen eius cuȝ veneratione re
ceptum est:ꝛ vota ei plurima fiũt.
H ꝛ alia q̃plurima cuȝ venerabilis
frater noster episcopus portuensis i
conuentu cardinalium ꝛ presulum
exposuisset:ꝛ liquido probata eẽ af
firmasset rogati sigillatim tum om
nes cardinales tum presules q̃plu
rimi afferunt sententiam dicere:cũ
totis suffragijs:beata virgo digna
celo ꝛ astris declamãda visa ẽ. Nec
quisq̃ fuit qui nõ magnopere cano
nizationem eius faciendam proba
uerit. Quibus ad longum auditis
iussimus in basilica beati petri apo
stolorum principis suggestum ma/
gnum:ꝛ ornatuȝ apparari sup quo
hodie astante populo ꝛ clero: sermo
ne de vita ꝛ miraculis huius virgi
nis per nos habito missarum solem
nibus celebratis:ꝛ cõsuetis cerimo
nijs rite pactis ad canonizationem
huius virginis sub his verbis du/
ximus procedendum. Ad honoreȝ
omnipotentis: ꝛ eterni dei patris:ꝛ
filij:ꝛ spiritussancti ad exaltationeȝ
fidei catholice:ꝛ christiane religio/
nis augmentuȝ. Auctoritate domi
ni nostri iesu christi:ꝛ beator : m pe
tri ꝛ pauli apostolorum eius ac no/
stra caterinã senensem:illustris ꝛ in
delebilis memorie virginem cuius
corpus i ecclesia p̃dicatoꝶ q̃ miner
ua dr̃ rome iacet ꝛ ĩ celesti ierusa/
lem iter btãꝶ virginũ choros qñ id
sua ꝓt⁹ diuina suffragãte gr̃a meru
it iã pridẽ fuisse receptã:ꝛ eterne glo/
rie coronã donatã de fratrũ nr̃oruȝ
ↄsilio declaram⁹ eãq; tanq̃ sanctaȝ
publice ꝓnuntãq; colendã esse decer/
nim⁹ ꝛ diffinim⁹:atq; i sanctaꝶ ca/
thalago virginũ quas romana ve/
nerat ecclesia redigi ꝛ ascribi man
dam⁹ statuẽtes festũ ei⁹singulis an
nis ꝓma m̃sis maij dñica die abvni
uersali ecclesia celebrãdũ esse ꝛ oẽs
illi honores ꝓstãdos q ceteris sctis
virginibus ↄuenire noscunt. Et isu
per sepulcrum eius in ipso festo vi/
sitantibus.vij.ãnos ꝛ totidem qua/
dragenas de iniunctis eis peniten/
tijs in forma ecclesie misericorditer
imꝑpetuũ relaxamus. Nulli ergo
oĩo hoĩum liceat hanc paginaꝶ no
stroꝶ declarationis ↄstitutiõis mã
dati statuti ꝛ relaxatiõis ĩfringere:
vel ei ausu temerario ↄtraire:si quis
autem h attemptare presumpserit
indignationem omnipotentis dei:
ꝛ beatorum petri ꝛ pauli apostolo/
rum eius se nouerit incursurum.

Dat; Rome apud sanctum pe/
trũ. Anno incarnationis dominice
M.cccc.lxi. tertio Kalendas Ju/
lij pontificatus nostri anno tertio.

Deo Gratias Amen.

z

Infrascriptos versus composuit Sanctissimus. D. dominus Pius papa secundus ad laudem Seraphice sponse Domini nostri Iesu Christi beatissime Catharine de Senis ordinis de penitentia beati Dominici.

Quis sacra gesta canat: q̄ ligua digna potēsq̄
Efferat: eximie quibus h̄ Catharina secunda
Sponsa dei micuit totum celebrata p orbem
Non ego sum dignus tantis extollere dignā
Laudibus ac breuiter q̄ sit q̄ moribus almis
Uita beata sui referam tibi chare viator
Hec fuit orta sen'is: ubi sancti' veste recepta
Dominici: in voto triplici virtuteq̄ cuncta
Transcendit plures diuina in lege peritos.
Illa potens verbo ac ope oia corda trahebat
Ad se hoium: vt magnes ferrū: xp̄sq̄ deinde
Desponsauit eam: sacris proprio ore refecit
Doctrinis: multasq̄ hūit velut optia mater
Uirgoq̄ discipulas quib' ardua regula vite
Sanctaq̄ bisseptem pietatis opuscula dine
Explenit felix: ꝛ erat sublime leuamē
Omnibus: heu miseris vite indefectib' hui'
Illa cor a domino petiit renouarier alma
Continue meditans: compos feliciter alti
Facta fuit voti: viditq̄ euellere christum.
Corpus atq̄ nouū flāmis sibi tradere flagrās
Hec ieiuna diu nōnunq̄ ad sidera rapta est
Mira dei vidit: semel autem a morte reuixit
Pane refecta sacro celesti pane salutis
Illa crucē memori portans sub pectore semp
Stigmata passa fuit dictu mirabile christi
Pontifices adiit: quibus vnica gloria secuz
Sistere colloquiis: monumētaq̄ sancta tulere
Ore suo tulit hec que idulta volebat ab illis
Ardua tanta sue fuerat sibi gratia lingue
Illa propheta quidem diuino flamie plenā.
Et pacem ꝛ bellum secreta plurima pandit
Exhortansq̄ omnis miranda stupēdaq̄ lusit
Illa sciens venisse diez qua linquere mundū

Expedit exclamans aīam deus optime dixit
In manibus cōmendo tuis' cōmendoq; tuā
Jugiter ancillam sic sponsa beata beatam
Transijt ad sponsuz: tribus exornata coronis
Fecit in hac vita miracula plura deinde
Claruit innumeris post mortē splēdida miris
Que si non esse velis: q̄ q̄ alme semp in orbe
Vixerit: historiam deuotus perlege sanctam
Hec annis triginta tribus quot xp̄us ⁊ apte
Vixit: naz sponsam sponso decet esse coeuam
Milleq; trecentis simul octoginta sub annis
Inclita virgo obijt rome catharina senensis.

Alij versus.

Nata senis pgo Catharina ē stigmata passa
Subq; pio felix superis ascripta secundo
Et diuum venerata poli seruauit abunde
Hec ternus quecunq; iubet sectarier ordo
Dominicum sacruz coluit q̄ magna sacerdos
Sacri Dominici letatur qua contio tota
Cuius seruauit legēs ac iura beata

Epitaphiū sepulchri. S. Catharie de senis.

Virginis hoc alme Catharie corp⁹ humatū
Marmore contegitur: fruit sed luce superna
Spiritus. hoc pādūt sua tot mirāda p orbē:
Celitus eloquio fuit hec afflata profundo
Doctrine antistes rerum mirabilis auctrix
Virgo sacrata habitum tulit ordinis artum
Dominici. delegit eam. sponsamq; vocauit
Christ⁹. ob h̄ seraphin nūc ē stipata cateruis
Multociēs per eam sumpta ē cōmunio mire
Ista sinu largo miseros confouit: egenis
Dulce leuamen erat fuit ⁊ iustissima cunctis
Capta dei zelo membris ⁊ sepe leuata
Mente simul vidit que nulli prodere fas est
Ut generi nostro requies eterna daretur
Fleuit in humanis: optataq; stigmata passa

Uitales rediit iam mortua prorsus in auras
Martirii variis fuit & decorata coronis:
Deniqꝫ demoniis mortem cruciata subiuit.
Cantibus est igitur venerari & laudibꝰ āplis
Digna suis meritis hec fulgida stella per oēs
Hanc vrbs Senarū completis mille trecētis
Atqꝫ quadraginta ānis septem protulit euo
Ad superos animam decies perfudit in octo

Finis.

Memoria quottidiana Sancte Catheri-ne de senis edita a Papa Pio secundo.

Ad magnificat Antiphona.

Ad sedes regni faciat transire superni
Uirgo fouens meritis nos Catherina suis

℣. Ora pro nobis beata Catherina.
℟. Ut digni efficiamur promissiōibus xp̄i.

Orō.

Deus qui beate Catherine virginitatis & patiente: speciali priuilegio deco-rate malignantium spirituum certamina vincere. Et in amore tui nominis inconcusse permanere tribuisti. Concede quesumus: vt eius imitatione calcata mūdi nequicia: & om-nium hostium superatis insidiis ad tuam se-cure gloriā transeamus. Per dominū nr̄m.

Ad benedictus antiphona.

Det catherina frui nos vero lumine christi
Et societ superis virgo beata choris


℣. Illumina oculos meos: ne vnq̄ obdormi-am in morte. ℟. Nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.


Oremus. Orō. vt supra.

Explicit dialogus. Diue ac Seraphice Catharine de Senis cum certis orationibus per eam factis: accuratissime Impressus ac emendatus In alma Ciuitate Brixie per Bernardinum de misintis de Papia die quintodecimo mensis Aprilis. M.cccc.lxxxxvi.









CATHAR. DE SENIS
DIALOGUS
ET ORAIONES

1495